

A mediumm Atticorum, olei tricies centena millia librarum. *Plat. in Casare.* In Libyco ductus est Jube Regis Numidiae filius, qui ex Barbaro & Nubida adeo literarum studijs profecit, ut inter clarissimos sit postea scriptores numeratus. Populo Rom. epulum dedit, in quo duobus & viginti millibus viciorum est accubitus, civibus vitrum denos numos divisi modios, totidemque olei libras, trecentoſque pugnatores manum conferuere. Desultorii equi in circo agitati, bigae quadrigae. Troje ludus à duobus nobilium puerorum turmis decurſus. Athletae triduo decertarunt. His ille spectaculis civitatem, civilibus bellis afflictam, haud mediocriter recreavit, velut fomentis quibusdam praesenti triftitiae & memorie adhibitis. *Sabell. l. 7. em. 6.*

Augustus tres egit triumphos curules continuo triduo, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum. *Alexand. l. 1. c. 22. Genial. diernum.*

B Sub id fere tempus, quo Illyricum domiſſet Tiberius Caeser, Quintilius Varus cum tribus legionibus in Germania perierit, nemine dubitante, quin victores Germani juncturi se Pannonis fuerint, nisi debellatum prius Illyricum eſſet. Quas ob res triumphus ei decretus eſt, multique & magni honores. Conſentur etiam quidam, quod Pannonicus, alii, ut Invidius, nonnulli, ut Pius, cognominaretur. Sed de cognomine inreſceſſit Auguſtus, eo contentum reprimere, quod fe deſuncto ſuſcepturus eſſet. Triumphum ipſe diſſiſit meſſa civitate, clade Variana. Nihilominus urbem pretextatus, & laurea coronatus intravit: poſtquam in ſeptis tribunali, Senatu aſtante, conſcendit, ac medius inter duos Coſſ. cum Auguſto ſimil ſedit: inde populo conſalutato, circum templa deductus eſt. *Suet. & Dion.*

Claudius Caeser expeditionem unam omnino ſuſcepit, eamque modicam, cum decretis ſibi à ſenatu ornamentis triumphalibus leviorum majestati principali titulum arbitrarerit, velletque juſti triumphi decus unde acquireret. Britanniam poſtimum elegit, neque tentatam ulli poſt D. Julium, & tunc tumultuante ob non redditos tranſugas. Huc cum ab Hoſtia navigaret, vehementer Circo bis penè demerſus eſt prope Liguriam, juxtaque Streachas inſulas. Quare à Maſſilia Geſſoriaeum ulque pedeftri itinere conſecto, inde tranſiſit: ac ſine ullo praetio aut languine inter pauciſſimos dies parte inſulae in praedicatione recepta, ſexto, quam profectus erat, menſe, Romam rediit, triumphavitque maximo apparatu. Ad cujus ſpectaculum commeari in urbem non ſolum praedibus provinciarum permiſſit, verum etiam exulibus quibusdam: atque inter hoſtilia ſpolia, navalem coronam faſtigio Palatinae domus juxta civicam fixit, trajecti & quaſi domiti Oceani inſigne. Curram ejus Meſſalina uxor carpenſe fecuta eſt. Secuti & triumphalia ornamenta eodem bello adepti, ſed exteri pedibus & in praetexta, Craſſus Frugi equo phalerato, & in veſte palinata, quod cum honorem ita verat. *Sueton.*

Nero reverſus è Graecia Neapolim, quod in ea primùm artem muſices prorulerat, albis equis introit, deſecta parte munit, ut mos Hieroniarum eſt. Simili modo Antium, inde Albanum, inde Romam. Sed & Romam eo curru, quo Auguſtus olim triumphaverat, & in veſte purpurea, diſtinctaque ſtellis aureis chlamyde, coronamque capite gerens olympicam, dextra manu Pythiam, praenante pompa ceterorum: cum titulis, ubi, & quos, quo cantionum, quoque fabularum argumento viceſſet: ſequentibus curram orantium tibi plautioribus, Auguſtianos, militeſque ſe triumpho ejus clamitantibus. Dehinc dirato circo maximi arcu, per velabrum fortunae palatium & Apollinem petiit. Incedenti paſſim victinae caſſe, ſtaſto per vias identidem croco, ingeſtaeque aves, ac lemnifici, & bellaria. Sacras coronas in cubili circum lectos poſuit. Item ſtatuas ſuas citharæ dico habitus: qua nota etiam nuntium percuffit. *Sueton.*

Severus Imp. compoſitus rebus urbanis, reperit Orientem: ubi feliciter pugnavit, Parthos, Arabas, Adlabenos ſubegit, de quo ſe revertens triumphavit, titulis illorum ſumptis: cujus rei memoriam teſtamentum arcum nobilem videmus hodie ſub radibus Capitolii. *Alex. libr. 1. cap. 22.*

Alexander Mammae F. Imp. Opt. Artaxerxem Perſarum Regem vicit, ac de praeda ſuos ditavit. Poſt hoc ſpectoſiſſimum

triumphum in urbe egit, ut Lampridius, Eutropius, Orosius, Ruſſius Sextus attulerunt. Sequenti poſt Triumphum die, Circenſes ludos & congiarium Pop. Rom. dedit. Acte etiam ſunt res feliciter per legatos & proconſules ſuos in Mauritania, Illyrico Armeniaca. *Cuſp. Prob. Imp. à militibus contentiente Senatu declaratus, initio principatus in Gallias movens, Germanorum maximam edidit ſtragem: civitatibus ex. in poteſtatem receptis, Francis & Boenis ſperatis, Romae triumphum egit. *Volat. libr. 23. Anth. Hic ultimus Romanorum Caſarum triumphante dicitur: quamvis alii Bellicarum, qui ſub Juſtiniano meruit coronam, poſtremum omnium triumphante contendant. *Alex. libr. 6. capit. 6. ex Lampridio.***

Aurelianus, cum ſub Claudio omnibus ſere equitibus praefecit, converſus poſt alia egregia facta in Orientem, Zenobium Palmyrenorum reginam captam in triumphum duxit. In Galliam profectus cum exercitu, Tetricum in poteſtatem redegit. Mox in Aegyptum properans, ſablato Firmo tumultuante, regionem eam pacavit. Poſtremo Romam reverſus, de his omnibus nobilium triumphum egit, ſequentibus ducibus. Fuit triumphus illius vario apparatu inſignis. Tres regii currus praetuli ſunt, argento, auro & gemmis inſignes. Odonati, unus; cujus Zenobia fuit uxor. Perſicus alter, ab ejus genis rege dono miſicatus. Tertius Zenobiae, quo inſelix regina ſe Romam victrix inturam dixerat. Sed id omen in malum verit. Vincta enim eodem curru inſecta eſt, proſuam de ea ſit triumpham. Certe quadjurges quartum currum traxere. Fuerunt qui traderent, cum Getarum regis fuſſe, hiſque Aurelianus triumphante, Capitolium aſcendiſſe, cervoſque ab eo Jovi ex voto immolatos. Preceſſerunt elephantii viginti, ſete Libycae Paleſtinaeque circurate decemque, tigris quatuor, camelopardales, aces. Gladiatorum paria octingenta. Ex Barbaris gentibus captivi, Blenya, Arabes, Indi, Baſtriani, Hiberes, Perſae, Saraceni. Finem & Blenya, pro Firmo in Aegypto, ut ſocii, bellarunt. Sunt & alia gentium nomina minus nota, triumpho adhibita, ex alia mundi plaga, Getae, Halani, Roxolani, Sarmatae, Galli, Svevi, Vandali & Germani. Fuerunt & Palmyrenorum Principes & Aegyptiorum, qui ex rebelle ut hoſtes triumphati ſunt; & quod omnium maxime conſpicuum fuit, mulieres quaedam virili habitu dimicantes, quae cum Getis caute fuerant, quum pleraeque in pugna perſiſſent. Eas Amazonum progeniem eſſe titulus indicabat. Ductus eſt & Tetricus, qui aliquandiu in Gallia tyrannum egerat, tunica Galbina & Gallicis bracciis ornatus. Praeterea aureae coronae cum titulis civitatum, quae eas principi dono dederat. Collegiorum omnium vexilla, & alia ejusmodi ornamenta, quae celebriorum triumphoſi pompam reddere poterant. *Sab. libr. 7. En. ex Voſiſco & Eutropio.*

Anno 302. Diocletianus Nicomedia, Maximianus Mediolano, Romam convenerunt: omnibus, qua tranſierunt locis incredibili hominum accoleantium honore, vel potiùs veneratione (ſic enim cupiebant) excepti: ut qui Romano orbi, externis intimique armorum fluctibus agitato, operatam tranquillitatem ac ſecuritatem, virtute ac clementia revocaſſent. Romam urbem progreſſi, urbem inſinita occurrentium Romanorum turba circumfulſi triumphantes inierunt, atque in Capitolium profecti ſolenne ſacrificium perfeceerunt. Triumphante eos Eulebius, Eutropius, & Caſſiodorus notarunt, & quidem de numeroſis gentibus: hi verò fuere Gothi, Baſtriani, Carpi, Sarmatae, Quadi, Aegyptii, & Perſae, quos vicerat Diocletianus: Franci, Alemanni, Britanni, & Mauritanii, à Maximiano ſubacti. Praecipue autem Diocletianus de Perſis, & rege eorum Nariſe triumphum egit: & cum ceteros captivos nobiles, militareſque praefectos ante curram duxit, tum in primis uxorem, ſorores, & liberos regis, memorandum regis ſortem inter paſca exempla ſpectaculorum, & gazam Perſicam opulentiſſimam praetulit: quam pompam juvat credere omnium in ſe oculis converſiſſe, quod Perſicae opes jam inde ab Alexandri Mammae Imp. perio, vel propter regis, vel propter gentis claritatem, aſſiduo hominum ſermonem celebrarentur. Sunt etiam qui Caesares Conſtantium, & Galerium aſſuiſſe, atque cum Auguſtis, ovariant inſiſſe dicant. Ea pompa x. Calen. Majas dicitur eſſe acta. Triumphum inde ludi magnifici, & ſcenici, & Circenſes adjecti. Superſtaſe autem hanc pompam hilaritate omnes alias, quarum meminſſe homines poterant, videtur conjectura probabile, quod triumphus ex tribus terrarum partibus ageretur, & à duobus Imperatoribus gloriae cupidiffimis, totidemque

A Caſaribus inferretur; & maxima ſtrum ubertas, & ſumma corporum ſalubritas, quae duo bona perpetuò Dioclet. Imperio contigerunt, novam populorum lætitiã cumularent. *Sig. l. 1. Imp. occid.*

Maxentio tyranno, exercitum ejus delero, Conſtantinus Magnus Imper. ſenatum Rom. ultro ſe, urbenque tradentem, ſubito in fidem, deditentione accepit, ac triumphum tante victoriae congruentem inſtruxit. Quae re cognita, populus acerbiſſimo tandem jure ſervitibus exemptus, urbem paſſim coronis ornavit, ac patefactis eſſibus portis, ipſum curru inſectum tanta animorum alacritate excepit, ut ſatis conſtet, nullum Imperio Romano diem, quo Rom. civitas majoris atque eſſuſtoris ſigna gratulationis ediderit, illuſiſſe, nullumque triumphum aut lætiorum, aut mirabiliorem, ne ipſam quidem veterum literarum memoriam prodidiſſe. Neque enim morte ſolito agebantur ante curram vincti duces, ſed ſoluta nobilitas incedebat: nec barbari in carcere trudebantur, ſed conſulares è carcere trahebantur. Nec Roma ipſa alienigenas captivos accipiebat, ſed ſemetipſam captivitate laxabat; & quo nihil adici ad gloriae magnitudinem amplius poterat, Imperium accipiebat, quo ſervitium ſuſtinebat. Duci verò videbantur omnibus ſublata vitorum agmina, quae acriter civitatem obfederant, ſcelus & perſidia domita, furor & crudelitas vinſta, ſuperbia atque arrogantia debellata, luxuriae & libido conſtricta. Quem comitatum ſequabatur ſubinde caput tyranni, quod adhuc ferociam, atque immanitatem ſpirare inter ipſas horrendae frontis minas videbatur: congebantur autem in eum vulgo probra, & contumeliae, quaſi verò turpibus oppreſſoris ſui ludibriis ipſam auſpicari libertatem jurerent. Urbem inde ingreſſum omnes omniſtatatis, & tenus homines ſauſtis acclamationibus vindicem, liberatorem ſum conſalutarunt. Tum recta moveri, & altitudo culminum attolli viſo, quacunque ipſe taro molimine invehebat ſimul, ac retinebat: felices, qui illum propius aſpicerent, longius poſiti nominabant: quos praeterierat, loci, quem occupaverant, poſitebant. Auſi etiam quidam ſunt, ut conſiſteret, ſagitate, & ubi ad Palatium venit, quòd nimis citò perveniſſet, expoſtulare: & cum ingreſſus eſſet, non ſolum oculis ſequi, ſed penè etiam factum limen irrumperere.

C Inde omnes circumfulſi, ut exiret, operiti, tanta officii ſedulitate, omnino ut viderentur, eum, à quo obſidione exempti fuerant, obſidere. Per ſeptem inde dies Conſtantinus gratias Deo egit de tanta victoria, atque inſerim rebus Romanis conſtituendis ſe tradidit. *Signius libr. 3. Imp. occid.*

Theodoſius I. victo Maximo tyranno, cum Honorio filio Romam periret, & cum Valentiniano II. urbem triumphans inivit, ac pompam ſerculorum modo curru, modo pedibus ſubſequutus, nunc de bello, nunc de victoria triumphavit. In curia ſenatum, pro Roſtris populam alloquutus eſt, omnibus ſe principem, ſingulis ſe exhibuit ſenatorem. In ſenatu à Latino Pacato, viro eloquentiſſimo, laudatus eſt oratione elegantiff. Urbem inde luſtrans, non publica tantum opera, ſed privatas etiam aedes inſiſit; quin etiam congiarium populo dedit, & Victoris reo, quòd literas ad Maximum viro clariffimo, majestatis ludos edidit, & Symmacho viro poſtquam, veniam impertivit. Idem quoque ipſe aſſumpto Honorio Mediolanum veniens, unà cum eo de Eugenio triumphavit, ut *Claud. deſcripti. Sigon. libr. 9. Imp. occid.*

Victo per Stiliconem Alarico Gotho, Imp. Honorius, magno calu periculoſo perſundus, ex Liguria Ravennam ſe conſulit. Ibi legat cum Romani conveniunt, ac victoriam Gothicam gratulati, ſenatus nomine petiverunt, ut Romam poſt multos annos reſivere, & triumpho nobiliſſimo acto civitati antiquam formam, & meritum honorem reſtituere, atque ibi feliciffima ſua decennalia ſolvere vellet. Itaque Ravenna digreſſus, per Umbriam iter ſuſcepit, ac demum ab omnibus civitatibus praere actae laetitia gemitibus, incredibili gratulatione receptus, ad urbem venit. Aſſiſtus ante conſtitutum triumpho diem per noctem imber eſſuſus, vehementer animos Romanorum, in ſpem ſplendiſſimae ſpectandae pompae erectos, alena ex parte turbavit: verum mox ſubſequenti matutina ſerenitas, priſtinae urbi hilaritatem, civiſumque perceptae fruſtum laetitia reſtulit. Ingreſſus eſt portam Flaminiam, eodem curru Stiliconem vebens, populo viam Sacram, per quam pompa ducendatur, innumerabili omnis ſexus, aetatisque, multitudine obſidente, atque ex adificiis altioribus avidè proſpectante. In eo novillud, quòd ſenatum de more

praecedere veniit. Eueherius Stiliconis filius, egregie indolis adoleſcens, militis officium & maximo populi plauti, & ſecundo rumore civitatis exhibuit: neque per multos ante annos in urbe aut gratulatio major, aut triumphus, ut juſtor, ſic magnificenter fuit. Inſequentibus diebus ludi, victoriae, & votorum decennalium cauſa ampliffimi editi, in primiffi decurſiones equitum celebratae. *Signon. libr. 10. Imp. occid.*

Idem quoque letus, quòd Italiam, Galliam, Hiſpaniamque provincias, tyrannis deletis, barbariſque compreſſis, per Conſtantium comitem pacateſſe Romam an. 417. regreſſus, magno apparatu, atque inſigni pompa urbem, de Gothiſ & Atalio tyranno triumphans, intravit, Attalum ipſum vinctis poſt terga manibus ante curram ducens, quem, peracta de more pompa, truncata in paenam repetita perſidia dextera, Liparas relegavit. *Signon. l. 11. Imp. occid.*

Cum Feleatus Rugorum trans Danubium Rex, Herulis finitimis ſuis eſſet inſectus, Odoacer Herulus, Italiae regno poſitus, officii eſſe ſui putavit, cognatum populam ab ejuſmodi injurta vindicare. Itaque exercitum adverſus regem trans Alpes eduxit, ac praetio in Rugia factò, Feleateo capto, Ruſſig, quae deletis, late regioneſ illam vaſtavit. Inde, victore reportato in Italia exercitu, xlix. Kalend. Decembris urbem triumphans inivit, regemque ante curram captivum duxit. Quae pompa jucundam florentis nuper Imperii memoriam aliquo dempre libertatis dolore Pop. Rom. redinegravit: neque ei poſt everſas priſtinas opes, ad colligendos ex tantis calamitatibus animos, pulchrior alius dies illuxit. *Signon. l. 15. Imp. Ital.*

Bellicarius ſub Juſtiniano M. Imper. poſtremus omnium veterem illam Romanorum triumphandi conſuetudinem retulit. Primum enim de Perſis à ſe victis, memorabilique bello ſuperatis, tum verò de Gilimero Vandalorum Rege, quem triumphali curru in urbem Conſtantinopolim captivum duxit, univverſaque Africa in poteſtatem redacta: poſtremo de Totila Gothorum rege, omnique Italia ſuo ductu de Barbaris recepta, cum urbe ipſa Roma, memorabiles triumphos egit. *Egnat. l. 2. c. 3. Exempulorum.* Conſul ordinarius deſignatus, de manibus Vandalicis ſpecioſiſſi egit triumphum, qui pluribus ſaeculis non viſus erat. Spolia namque atque trophaea praefaciens, captivoſque praefereſ, per mediam urbem triumphum egit: non quidem antiquorum more, ſed ex propria domo pedibus ulque ad Hippodromum proceſſit. Inde ruſus ad locum ulque, ubi ſedes erat Imperatoris, cum regia ſuppelleſtile & ornatu vario venit. *Cuſpin.* Ludi equeſtres in theatro acti, ipſo Imperatore de more praecedat, & ſenatu omnique populo praesente. Praecedebat autem Bellicarius Dux, Gilimeri ſubſequentis purpura manu innixus, comitantibus centurionibus & tribunis, & Gilimeri cognatis. Quum jam ad Imperatorem perventum eſſet, Bellicarius Gilimero ſuaſidet, ut humi procumbat, & Imperatorem adoret. Facit ille, ut jubebatur, lachrymis oppletus. Procumbit & ipſe Bellicarius, ut Gilimero offenderet, eum id facere juſſum, non ut capivum. Cum eundem honorem Imperatrici habuiſſet, Gilimerus hoſpitio ſplendido & regis miniſteris jam antè praeparatis excipitur. Poſt dies aliquot, cum iterum ludi equeſtres in theatro agerentur, ſpolia bellica per mediam urbem oſtentata in ſtadium inferuntur, & poſt haec omnia, ciſta ſeprem auro plenas, & libri ſacrorum Evangeliorum, undique H auto reſolgentes, & omnis generis lapillis diſtincti. *Zonaras.* Inter ſpolia etiam fuere ſacra vaſa Judaeorum, è Genetrico quondam Romae à Palatio ablata, quo loco ea Titus Veſpaſianus, exciſis Hieroſolymis, repoluerat. Ea cum quidam ex Judaeis videret, ad quendam Imperatori familiarem dixit, Haſ opes in Bizantinum palatium minime inferri debere, quia alibi nuſquam, quam in eo loco, in quem Salomon Judaeorum Rex ab initio eas conſtituiſſet, conſistere poſſent; eamque ob cauſam olim Roman. Imperium à Genetrico direptum, & nunc Vandalorum ſimileſt à Romanis. Imperator ſtatim omnia Hieroſolymam ad Chriſtianorum templa remiſit. *Euag. l. 4. c. 17. Procop. lib. 3. Vand. belli.*

Devictis Perſis, ductu Heraclii Imp. exercitus victor & laureatus & onuſtus ſerculis & trophaeis, magna laetitia & ingenti gloria Conſtantinopolim rediit. Heraclius purpuratus auro inſectus curru, non lauream manu, ſed lignum crucis tenens, ſe latantibus populis ſpectandum praebuit, occurrentibus regio ornata inſignibus ſacerdotibus, pompaeque admittibili. Major hic triumphus fuit, quam de Gilimero Rege Bellicarius duxerat, Africa ſubacta. *Cuſp.*

A Joannes Constantinopolitanus Imper. devictis Persis triumphum indixit. Cumque dies supplicationis adesset, omnis generis tapetes, auro & purpura intexti, vicos exornabant: nec dearent Christi & factorum effigies in iis ad vivum expressisse. Quadrigæ à quatuor equis, nive candidioribus, trahabantur. Imperator currum non concedit: sed Dei genitricis imaginem in eo collocavit, ob quam lætitia exultabat, & animo penè liquebatur, cui victorias, ut collegæ Imperii invictæ, acceptas ferebat. Habenas viris potentiss. moderandas, & cognatis suis currum curandum dedit: ipse crucem in manu gessit, pedes anteceffit, & Dei Sapientie templum ingressus, in conspectu omnis populi ob successus gratis Deo actis, in palatium abiit. *Nicetas.*

Confecto bello contra Roxolanos Taurorum, Joannes Zimifces Imp. Constantinopolim rediit. Patriarcha ei cum omni clero, Senatus item ac universus populus occurrit, coronas offerentes, & quadrigam albis equis ducentes, rogabant, ut Imperator currum triumphalem concederet, & triumphaturus urbem intraret. Sed ipse albo equo vectus, palatium ad regia, quæ Bulgarorum principibus detraherat, quadrigæ imposuit, supraque ea imaginem Virginis matris: ipse currum processit, & cum in forum pervenisset, Borizen Bulgarorum Regem indignibus rebus polavit, & magistrorum honore decoravit. Trophæa in templum Constantinopolitanum locavit. Numos quoque cum Servatoris imagine ac sequenti inscriptione percussit (quod & sequentes Cæsares Græci imitari sunt) Jesus Christus Rex Regum. *Cyp. Zonaras.*

Joannes X. Pontifex Max. cum Alberico Hetruræ Marchione de Saracenis, qui diversa Italiae loca, maxime in Campania, occupaverant, triumphum Romæ retulit. *Volaterr. lib. 22. Anthropol.*

Romani, auxilio Neapolitanorum, Amalfitanorum & Cajetanorum, anno 849. insignem victoriam navalem de Saracenis Romæ & Sardinia perentibus, ductu Leon IV. obtinuerunt: quæ de Saracenis communibus hostibus victoria, insigne Romanis antiqui navalis triumphi spectaculum præbuit. Idem decus Deus Pio V. Pontificatum administrante concessit, cum profligata, captivæ à federatis Turcarum maxima atque ornatissima ad Echinades classe, M. Ant. Columnæ pontificis in eo bello præfectus, spolia captivorum in Urbem adducens reverit. *Sigon. l. 5. regni Ital.*

Anno M. CCCCXVII. Fridericus I. Imper. in loco dicto Curia nova, omnes Longobardos federatos fregit, cepitque Carrociū Mediolanensem, & magistratum eorundem, dictum Portestatem, qui captus erat federis, nomine Petrus Trepolis, nobilis Venetus, filius Jacobi Tiepoli, ducis Venetiarum, quem Fridericus captivum misit in Apuliam. Parta insigni victoria, ingressus est Cremonam triumphans, ducens secum Carrociū, super quo erat ligatus Portestas, altero brachio ad lignum in sublime revincto, laqueum collo ferens, & vexillis Longobardorum convolutis, inter captivos sequentes Carrociū, incedentibus. Trahebatur Carrociū ab elephantis: & super ejusdem castello, ex lignis adfabrè extructis, residebant tubicines, unâ cum Friderici vexillis explicatis, loco maxime conspicuo suffixis. Sequēbatur cum copiis suis Fridericus. *Collematus in hist. Neapol.*

Derrhonenfes Friderico I. Imper. an. 1158. omnibus malis circumventi, atque ad summam inopiam cibatorum adducti, Idibus Aprilis se dederunt. Fridericus ingressus urbem primū in direptione, deinde incendio pervasit. Papienses eum ad urbem suam Derrhonenfium triumpho cohonestandam rogarunt: æquum enim esse, ut & rex tam nobili parte victoria meritum triumphum ageret, & urbs ipsius quondam regni sedes hunc à rege suo honorem acciperet. Fecit haud gravatè Fridericus, ut quorum causa bellum susceperat, apud eos gratulationem victoriae celebraret. Itaque motis castris, Papiam venit xviii. Kalend. Maii. Ingredientem urbem cum exercitu, ac decore, superboque gradu instructum, lætus excepti non universis solum vestibus, sed etiam Episcopus & clerus, cum crucibus facris in processu occurrentes. Inde faustis clamoribus vulgè Rex ac Dominus salutatus, atque in ædem S. Michaelis, ad quam olim regia fuerat Longobardorum, deductus, coronam capite, manu sceptrum honoris causa gessit, gratiasque Deo de tanta victoria egit. Triduo inde magna civitatis lætitia, effusaque in omnem magnificandam impensa consumpto, Papiæ digressus, Placentiam adiit. *Sigon. l. 12. regni Ital.*

Catharinam Corneliam, Cyprî reginam, ex Cypro Venetias per Georgium Cornelium fratrem accersitam, Augusti-

nus Barbadicus princeps & Pater Bucentauro navi exceptam Et triumphanti similem, per mediam urbem ad Estenes aedes, ad tempus regali apparatu instructas, devexere. *Sab. lib. 8. Enn. 10.*

Sic Bartholomæo Livianum ducem strenuum redeuntem ex Carnis, Leon. Lauteranus Venetorum Princeps cum Patribus Bucentauro navi excepti. *Bembus lib. 7. Hist. Veneta.*

Uladislai Ungar. Regis, de Turcis ad Henium montem victis, triumphum Budæ habitum, vide apud Bonfin. lib. 6. Decad. 3.

Castrucius Castrocanis, Lucensis princeps, præter alias animi virtutes insignes, multis jam sæculis exoleto triumphandi morem Italico nomini restituit. Nam Raimundo Cardonio Florentinorum Duce, anno Salutis 1326. ad Alatum passum capto, Lucam urbem triumphali curru, Raimundo inter captivos prætevit, ingressus est. *Egnatius lib. 2. c. 3. & Fulgiosus eodem.*

Blaſius Axareus Genuensium classis Imp. adversus Alfonso Aragonum Regem, qui Neapolitanum regnum vendicare sibi omne studebat, cum medio mari ad Cajetan victum cepit, & Genuum in triumphum duxit. *Egnat. l. 2. c. 3.*

Innocentio pontifici maximo, Alfonso junioris Ferdinandi Regis Neapolitani F. armis presso, Robertus Malatesta missus à Venetis in auxilium, Alfonso, Turcico licet milite adjuvum, quem Hydrunt capto ad se traxerat, memorabili prælio vicit. Itaque triumphans more urbem ingressus, jucundissimè à Pont. & patribus ac populo susceptus, intra triduum vita functus est. *Idem.*

Alfonſus senior Siciliae atque Aragonum Rex, Neapolim triumphali curru est invehctus, vigesimo ann. postquam multo labore magnique periculis susceptum bellum in Neapolitano regno confecit. *Fulgios. l. 2. c. 3.*

O V A T I O.

Romani Duces, qui in hostes victicia tulerunt arma, si ea quæ gesserant, triumpho digna non forent, per sepe minoribus triumphis & ovatione honestati sunt. Ovandi autem causæ erant, si non debellati hostes penitus: si non in sua & sibi constituta provincia, sed in aliena res acta esset: si alieno auspicio res gesta esset: si nondum pacata penitus provincia: si bella non ritè indicta: si non cum hoste legitimo, sed cum servis, piratis, vel fugitivis bellum fuisset: si ex provincia exercitus non deportatus, nec successori traditus foret: si incurta victoria obvenisset, minusve quocumque militia hostium una acie cecidissent: ita enim lege exceptum erat. Et ne prior lex ex cupiditate lauræ antiquaretur, ei altera suppetita tulit, quæ Imperatoribus penam minabatur, qui aut hostium occisorum, aut amissorum civium familiam numerum literis sententiæ ausi essent referre. *Val. Max. l. 2. Exemplorum.*

Fuit Ovatio minor quidam triumphus, cogue à legitimo distabat triumpho, quod dux ipse non curru, sed pedibus, ut Dionysius ait, ut alii, equo urbem invehēbatur. Nec pica aureæ clavi veste aut trabea, sed peculiari consulum, dumque insignibus instruebatur. Corona & sceptrum omnino diversum, cetera, quæ & legitime triumphanti, omnia aderant. *Sab. l. 8. En. 2.* De ea sic Plutarchus: Ovans non invehitur curru, neq; laureatus, neq; concinitur tubis: sed pedibus ingreditur calcatus, modulantibus multis tibus. Coronam gessit myrtæ ac sicu patatus, gratius aspectu magis quam metuendum. Unde conjectura ducor, inter ovationem & triumphum non ex magnitudine rerum gestarum, sed ex modo fuisse olim discrimen. Qui enim signis collatis & caesis hostibus victores redissent, Martialem illum & truem, meo iudicio, ducebant triumphum, & ut innotis erat in lustrando exercitu, multo lauro arma militeseque excolebant: at qui citra vim, benevolentia, gratia & verbis conficent rem, iis ducibus, pacati hujus & plausibilis celebritatem dabat mosnam pacis insigne tibia est, & myrtus Veneris plantata, quæ à vi & bello præter ceteros Deos Deaque abhorret. Ovatio non est dicta, ut plerique existimant, præcipue in dicitur, quia agunt eam clamore & cantu Bacchico: verum Græci ad patriam vocem detorserunt eam dictionem, putantes id decoris etiam ad Liberum patrem, quem *en. 2. & dicitur* appellamus, ex parte referre. Festus ab acclamatione nullum OO, dictam putat. Res autem aliter se habet. Triumphantibus enim bovem immolate Imperatoribus moris erat, ovantibus ovem, hinc ovationem dixerunt. *Plin. in Marcello Livius. l. 6. Dec. 3. Sab. in Massur. teste Gellio. l. 5. c. 6.* pedibus ingredi ovantes dicit, sequentibus eos non militibus, sed universis senatu.

Bello

A Bello Sabino, cum P. Posthumus Tuderus minis profertè pugnavit, collegæ deinde Agrippæ Menenii copiis subnixus, acceptæ cladis infamiam abolivisset: Menenio triumphus, Posthumio ovatio tum primum inventa est & decreta, ut *Maier. Licinius scripsit. Sab. l. 8. En. 2. & Plin. l. 15.*

Veturius, qui cum Lucretio Tricipitino contra Volcos & Æquos feliciter pugnavit, sine legionibus ovans equo in urbem vectus est. *Cl. Nero,* cum una cum Livio feliciter in secundo bello Punico contra Hasdrubalem dimicasset, sine exercitu, equo ovans urbem inisse proditur. *M. Crassus* de fugitivis & Spartaco, quos collatis signis vicerat, ex consulo senatus, laurum pro myro impetravit, & ovans urbem ingressus est. *Gell. l. 5. c. 6.*

M. Fabius Ambullus, cum C. Petilio consule, qui de Tiburtibus & Gallis triumphavit, ovans urbem ingressus est. *Livius l. 7.*

L. Manlius proconſul ex Hispania revertens, cum in æde Bellonæ triumphum ob res benè gestas peteret, exemplum obſtabat: quod ita comparatum more majorum erat, ne quis, qui exercitum non deportasset, triumpharet, nisi perdomitam pacatamque provinciam tradidisset successori. Medius ergo honos Manlio habitus est, ut ovans urbem intraret. *Livius lib. 2.*

Augustus Cæsar bis ovans ingressus est urbem, post Philippense, & rurſus post Siculum bellum. Curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum: continuo triduo omnes. *Suet.*

Tiberius Cæsar, vivente adhuc vitrico Augusto (quanquam necres in Rhetis atque Vindelicis gestæ, neque atas triumphum mereretur) omnia ovationis nomine triumphalia habuit ornamenta. Nam cum mox esset, ut ovantes urbem laureati quidem, sed pedibus inirent, ipse curru invehctus, nullo veri triumphis honore, nisi nomine, canit. Primitive hujusmodi ovationis auctor fuit. *Fulgios. lib. 2. cap. 3. ex Suetonio.*

SACRIFICIA HONORIS ERGO

INSTITUTA.

C Apud Lacedæmones, qui Dux magna hostium clade vicisset, trophæi loco, gallum diis immolabat: qui verò deditio- ne & pacto, bellis mala vitasset, bovem: ut significarent, magis decere Imperatorem (juxta Petriclis sententiam) consilio & astu, quam gladio aut multo sanguine fuso, victoriam potiri. *Alex. l. 1. c. 22. ex Plut.*

DONA QUÆLIBET HONORIFICA.

Munera alia utilitate commendantur, de quibus sub loco Liberalitatis: alia dignitate, quæ Honorifica vocantur, & de his in presentia agimus.

Alimenta honoris ergo oblata, data, assignata.

Consule Titulum, Mensa honore dignati.

Melchitedech Rex Solymæ, & altissimi Dei Sacerdos, Abrahamo à eade quinquè regulorum revertenti, panem & vinum, quæ Deo prius obtulerat, protulit, eique faustis dominibus gratulatus est. *Gen. 14.*

Amos & femora Viri fortibus in convivio apponere, veteribus moris erat: qui etiam *l. Reg. 9.* legitur, Samuelem Prophetam Saul, qui in Regem unguendus erat, in convivio armum, quodque armis adhareat, reservasse & apposuisse.

Vino olim non promiscue, sed ad Deorum facta, ad Herorum convivium utebantur. Hanc passim Homerus *γαστρον οἶνον*, appellat, quod honoris ergo præstantissimis offerri solet: qui mos etiamnum apud Germanos durat, ut hospitibus vinum honorarium mittant. Apud veteres in magna vini raritate conjunctam cum honore utilitatem habebant. Nunc in vini magna copia, moris tamen antiqui honestas adhuc permant.

Perſarum Rex Cyrus (ut scribit *Xenophon libro Pedæ oleario*) si quem ex amicis vellet à multis coli & honorari, cibatorum partes de mensa ad eum mittebat. Hujus moris meminit in *Symposiacis* Plutarchus: cum præcipue honorem deferri solum tradens amicis, ducibus, ac corporis custodibus, quos somatophylacos vocant Græci. *Cal. l. 28. c. 1. A. L.*

Græci non modò loci dignitate Viros fama præcellentes *L. B. Theat. Vita Human. Tom. IV.*

in mensa, sed poculis majoribus & carne opimiore honestabant. *Alexand. l. 5. cap. 21.*

Idomeneo Cretensium duci fortissimo præstantia laudem tribuit Agamemnon Rex *Iliad. 8.* tum in bello, tum in quovis alio negotio, tum verò etiam in symposio, inveniuntur:

Εἶπα δ' ἴδωρα δὴ κρηναίων ἄγχιαι δακρυῖν πρὸς αὐτῷ, τὸν δ' ἄριστον δῖον αἰὶν ἔειπεν, ὅπως ἦν ἄριστος ἐνὶ δαίμονι. *Plut. in Agamemnon.*

Cæteris demensum dabatur, huic, ut ipsimet regi, poculum semper plenum adſtabat, ut pro libito biberet.

Apud Homerum in cænis Diomedes carnis & plenis poculis honoratur, & Ajax, quod cum Hectorè pugnavisset, longis decoratur tergoribus. Sarpedon iisdem honoribus à Lyciis excipitur, & sede, & carnis. *Athen. l. 1. c. 6. & l. 5. c. 3. & Suidas in voce Homerus, & Eustath.*

Aristot. in Naxiorum Rep. teste, ex iis divitiibus, qui erant apud Naxios, alii in civitate, alii in pagos dispersi, incolebant. Habitabat igitur in pago quodam, cui nomen erat Lestædæ, vir probus valdeque dives Telestogoras, qui & à populo, & ab aliis omnibus, & ab iis qui in dies mittebantur, magnoperè honorabatur. Ac ubi aliquid emeretur à tenaciter vendentibus, mos erat vendentibus dicere, se libentius Telestogoræ donaturos, quam tam vili vendituros, quam sibi tantumdem dari. Cum juvenes igitur quidam piscem magnum emerent, eademque piscator dixisset, id sepius audientes, graviter tulerunt juvenes, bidentisque in eum lascivierunt. Quos cum perbenignè Telestogoras excepisset, & ipsum injuria affectum, & duas illius nobiles filias. Hoc moleſtè ferentes Naxii, arreptis armis in eos juvenes impetum fecerunt: ac magna tunc orta est seditio, cum Lygdamis Naxiis esset præfectus, qui hujusmodi occasionem nactus, patriæ tyrannidem invasit. *Athen. lib. 8. c. 7.*

Apud Spartanos electo Senatori necessariorum quisque cenam apponens dicebat: Hac te mensa civitas honorat. Cum eos circumvisisset, transibat ad solitum convivium, ubi cætera de more agebantur. Secundam portionem, ubi esset apposita, tollebat & servabat. A cæna conveniebant ad januam triclinii mulieres familiares ejus. Ibi eam, quæ esset apud se maxima in existimatione, acciebat, cui partem eam donabat, addens præmium se, quo fuisse decoratus, ei conferre: unde illa quoque magno honore à cæteris matronis deducebatur. *Plut. in Lycargo.*

Apud Spartanos quoties aliqua publica viceratio fit, primi in cæna Reges discumbant: & iis primis distribuitur incipit duplum omnium, quam cæteris convivis, libaminaque immolatorum & coria eorum sunt. Singulis quoque Kalendis singula pecora utrique regi è publico dantur Apollinim molanda, & farina medimnus, id est, sex modia, & vini Laconicus quartarius. Iisdem ad cenam non euntibus, mittuntur bina chunices, id est, semodia farina, & vini singule cotyle, id est, sextarii: præsentibus dupla dantur omnia. Eadem ratione à privatis quoque invitati ad cenam honorantur. *Herodotus. l. 6.*

Pindarus Apollini ita gratus fuisse dicitur, ut eorum munus, quæ ipsius dei templo offererentur, *μολαῖαι*, hoc est, partem à deo sibi assignatam acciperet, in dieque à Sacerdote vocaretur ad cenam. *Gyraldus dialog. 9. Hist. Poet.*

Prytaneum, curia apud Athenienses, in qua publicè victus præbatur iis, qui honorem illum rebus præclarè gestis, qui quidem maximus habebatur, consecuti erant: eodem in loco & granarium erat, & ignis æternus, quem adorabant. *Suid.* Quem honorem cum sibi quoque, quod meruisset rogatus Socrates, deberi ob rectè institutam juventutem, iudicibus respondisset, penè indicta causa condemnatus est.

Hippocrati Coo alimenta publica, ejusque posteris in Prytanea Atheniensium assignata, ob pestilentiam sedatam. *Soranus in ejus vita.*

C. Honoratio Coctili, qui in ponte publicio Postellam sustinuit, statum in foro posuit civitas, tantumque dedit agri possidendum, quantum die uno circumarari potuit. Accessit huic publicæ gratitudini & privata, quisque sua lege fraudans alimonia, ex domesticis copiis aliquid ei in summa inopia contulit ad victum. *Plutarchus in Poplicola Livius.*

Alimenta publica unius diei M. Manlio data vitium, ob servatum adversus Gallos Capitolium. *Plut. in Camillo.* Romanæ cuidam femine, quam vis ignobili, quæ matrem carceri inclusam lacte suo sustentavit, vita matris data est dono, & simul utrique perpetua alimenta muneris loco concessa. *Sab. l. 4. c. 6. Val. l. 5. c. 4. & Plin. l. 6. c. 36.*

A *Animalis quævis.*
 Achilli apud Homerum offert Agamemnon nequo xxii. septem mulieres Lesbias.
 Cleopæ puellæ Romanæ datus equus à Porfenna rege, ob fortitudinem, quod obles cum novem aliis virginibus ipsi data fluvium equo trajecisset, suoque exemplo ad id ipsum contumaciter invitasset reliquas. *Plut. in Poplicola.*
 P. Decio Tribuno, cum Rom. exercitum ab hostibus Sabinis circumventum, circumione montis consecrasset, præmiis loco à consule Corn. Costo juxta coronam auream centum boves, & in his albus aureatis cornibus donati fuerunt. *Sabell. l. 3. Enn. 4.*
 L. Minutius annonæ præfectus, quod Sp. Melium tyrannidem affectantem prodidisset, bove aurato, vel, ut alii, statua extra portam Trigeminam est donatus. *Sabellius lib. 5. Enn. 4.*
 Henricus Canutum, Nicolai Danorum Regis nepotem, Erici II. regis F. in Sclavorum provincia sibi post mortem succedere voluit. Et quoniam Sclavia Imp. Lotharii scepro subieciatur, Canutus ei equum aureis soleis munitum munus loco transmissit. *Saxo l. 13.*
Concubina.
 Severus ultra aureos anulos, etiam domesticas concubinas militibus largitus fuit, quibus delinquentis militum animos emollivit, & enervavit. *Alex. l. 2. c. 29.*
Pelles.
 Regibus Spartiarum immolatarum hostiarum pelles dabantur, tum in bello, tum domi, quocumque rei divinæ causa mactare libuisset. *Herod. l. 6.*
Tributa honorifica.
 Tit. Tribunorum, ea sumantur exempla, in quibus tributi jus, potius quam pretium spectatur. Illic servituti est, cui confertur, hic Dignitatis & excellentiæ est, cui confertur, habetur ratio.
 Manfredus ex nobili familia Comitum Patavinorum, à Frid. I. Cæsare Comes Palatii creatus est, & iniustitiæ vincti galis munere donatus, ut ei census gratia Patavii jus esset ab omnibus pistoribus, singulis vicibus, cum panes coquerent, singulos panes exigere, & à cauponibus pro quolibet dolio vini certam accipere mensuram. Quod quidem institutum aliquandiu observatum, postmodum Reip. decreto sublatum est, cum quidam pro uno pane poscerent duos. Hinc proverbium in plus justo exigentes, Sat est panem unum pro futuro dari. *Bern. Seard. l. 3. bibl. Pat.*
 Mofci olim Tartarorum servi, potum lactis equini, illis tributum petentibus, per ducent in itinere offerre consueverant. *Cromerus l. 29.*
Corone
 De Coronis hic, ut memora sunt. De iisdem alibi, ut Corporis sunt Ornamenta honorifica.
 Attalus primus Pergami Rex, Romanorum amicus (ut Livius in tertio de bello Macedonico, & Florus) pro eis in clafse Rhodiorum adversus Philippum pugnavit, coronam auream tenatui dono misit: graias agens, quod Antiochum auctoritate legatorum de finibus suis submovisset. *Volat. l. 13. c. 4. Antioch.*
D Vologesus Parthorum Rex Tito, ob subactam Judæam, coronam misit auream. *Ioseph. l. 7. c. 24. belli Jud.*
 Fridericus I. Imp. subactis Mediolanensibus urbem triumphabundus ingressus insigni equo, assumptaque corona auro & gemmis respicientem, quam ei rex Angliæ dono miserat, templum, in quo Archiepiscopus facta obibat, introiit. Quibus peractis, Senatores, cum magna civium multitudine, qua prædior erat, jurare fidei sacramentum coacti sunt, se fideliter omnia facturos, quæ Cæsar imperasset, nec unquam defecturos ad imperio illius. Post hæc capite deposita corona, illam ad Regem Boemiam transtulit, inquit: Ad te Uladislae corona hujus decus, donumque jure pertinet, qui præsentis victoriæ & caput, & pes fueris. Sed & cæteros Principes pro merito quemque suo remuneravit. *Dubr. l. 12.*
Domus data, edificata.
 Timoleon Corinthius, liberata à tyrannide Sicilia, domum habitabat, quem ei Syracusani eximiam imperii præmio donaverunt: præterea amantissimum & pulcherrimum omnium prædium: ubi perquam in quiete cum uxore & liberis, quos accierat ex patria, agebat. Neque enim Corinthum reperiit, neque se multibus Græciæ implicavit, vel civium obiecto odio, quod plerique insatiabili honorum & potentæ

cupiditate impingunt Imperatores: sed illic subsedit, bonis, quorum ipse auctor fuerat, fruens, quorum eratumum, quod tam multas civitates, tam immensam multitudinem videret mortuorum sua opera vitam agentem beatam. *Plutarch. in Timolone.*
 P. Val. Poplicola Cos. Rom. habebat magnificentem domum in Vella, quam vocant, foro imminet: unde in omnem partem despectus ex edito erat, difficilis accessus & ardui foris: ut descendens superba facies, & regis pompæ esset factus. Ubi verò ab amicis accepti non probati facta sua plebi, non est cum iis luctatus neque stomachatus: sed confestim nocte adhuc magna manu contracta fabrorum diruit domum, & funditus totam dissipavit. Id luce populo, qui convenerat, aspicienti, memorabilis quidem visa est, & rara illius viri magnitudo animi: verum domum dolerunt ablatam, atque illius amplitudinem, quæ urbi erat decori, sicut hominibus, per invidiam immerito everte, desideraverunt. Doluerunt etiam vicem contentis velut penatium inopis apud alios habitantis. Diverterat enim ad amicos Valerius, dum ei arcam dedit populis, & ædificium extruxit priore demissus, ubi nunc delubrum est, quem Vicum publicum appellant. *Plut. in Poplicola.*
Agri.
 Sexdecim eodem tempore fuerunt Elia, quibus una tapulum fuit domuncula, unus in agro Veiente fundus, ac in maximo circo Flaminio spectaculi locus: & ea tantum ob virtutem publicè donata possidebant. *Valerius.*
 Cum magno impetu Hetrusci per pontem subitum feterunt, C. Horatius Cocles, & duo prime nobilitatis viri, Herminus & Lucretus, hostibus se potius objecerunt. Atque Horatius postus in statione pontis, quoad eum focia à tergo recidissent, sustinuit hostes. Inde armatus se in Tyberim misit, atque incolumis ad ulteriorem ripam tranavit, jaculo Hetrusco in natibus ictus. Virtutis cauta datum illi, quantum agri uno die circumferret. *Plutarchus in Poplicola. Valerius lib. 3. cap. 2. & Livius. Plin. cap. 11. de Viris illustr. Gell. l. 3. c. 4. Florus l. 1. c. 10.*
Vasa, Tripodes, Pocula.
 Misseni tripodem aureum in mari à piscatoribus reperit Bianti Priæno donavit, quod is Messianis redemisset puellas, parentibusque adjecta dote restituit. *Sabell. l. 5. Enn. 2.*
 Pæonia præfectus Aristo cum hostem obrinisset, offendissetque caput, Hoc dertum tex, inquit, apud nos poculo aureo pensatur. Arridens Alexander, Nempe vacuo, inquit: ego verò plenum merito tibi propino. *Plut. in Alexand.*
 L. Paulus Æmilius victo Perseo, ob egregiam operam in pugna navata in Elio Tiberio genero phialam donat quinque pondi. Illud argentum in domum Eliorum ajunt primum immigrasse à virtute & honore illatum: antea neque ipsos, neque uxores eorum autum vel argentum affectasse. *Plut. in Paulo.*
Arma, Gladii, Hastæ honorariæ.
 Ajunt, gladium à Vulcano fabricatum, à diis dono datum fuisse Pelco, virtutis illius ac prudentiæ symbolum. Quo quidem ille utens & in præliis & venatibus, conlequebatur, quicquid optabat. Hinc adagium in eum, qui præter modum te quapiam insolens est, ac tumet: Magis tibi placet, quam Pelcus sua machæta. *Erasm. in Adagis. ex Zenodoto.*
 Lanææ donati solebant apud Rom. qui in bellis acriter strenuè que pugnantem laudem meruissent. Id idem institutum Sextus Pompejus refert, quia hasta, summa annorum & imperii erat: quam obrem & captivos sub ea solitos venire, quos Græci *δρακοντες* & *δρακοντες* vocant. Siciuim Dentatum Plinius scribit fuisse donatum hastis puris duodeviginti: hastam puram grammatici intelligunt sine ferro. Id enim fuisse præmium apud majores ejus, qui tunc primum vicisset in prælio, sicuti scriptum in libris de Gente populi Romani: Donatus puram quidem accipit sine ferro, sed addit, pacis id esse signum, non belli. *Cell. l. 2. c. 16. Antig. Lell. & Vide Tit. de Hastæ.*
 Pontif. Rom. in Vigilia Nativitatis Domini enses consecrat cum galero principali, eumque Principi alicui Christiano contra religionis hostes pugnantem, vel pugnatum, quoque victoriæ symbolum & incantamentum, numeris loco mittit. *Liber Cere.*

A *Cæremoniæ.* Sixtus IV. hunc morem imprimis usurpasse dicitur, ut quidam habet Cæremoniarum liber.
 Anno 1202. legatus Pontificis Guilielmi Scororum regiensem, cujus capulus vulgareque aurea & gemmis distincta erat: galermum item purpureum, ut Ecclesiæ defensori, attulit: multis in super indulgentiis ac privilegiis eum honoravit. *H. Boehl. lib. 13.*
 Anno 1537. cum Gallæ Regis Henrici II. filiam Jacobus Scotia Rex duceret, Pontifex ei dono misit enses fabricatum, multique precii, & in Angliæ Regem ipsum excitavit.
 Ad Andrea Auriam, Cæsaris Caroli V. classis adversus Barbarussam, qui Tuncetum regnum occuparat, præfectum, ut præclaræ virtutis suus honores haberetur, Paulus III. Pontifex gladium de more solemnibus cæremoniis consecratum dono misit: is erat gemmato capulo, calatæque vagina cum baltheo aureis bullis & fibulis valde conspicuo, & præter eum etiam villosa & serico pileum margaritis Phrygio opere depictum. Ea sunt eximii piique ducis adversus Christianæ religionis hostes depugnantis insignia, magnis regibus dono dari solita: sic ut non immerito strenuus senex, quem quousque multa jam navali gloria plenus, ad petendam novi decoris laudem accenderetur. *Jovius lib. 24. Hist.*
 Anno 1617. Paulus V. Pont. enses elaboratum, & galermum violacei coloris, à se benedicta, muneris ac præmiis loco misit Alberto Belgarum Principi, ob insignem illius zelum, quo Imperium Rom. à tyrannide Protestantum, consilio, armis, & labore vindicavit, dum Fredericum Palatinum, qui regnum Bohemæ occupare nitentur, prælio superatum, etiam Palatinatu exiit, misso in illum Ambrosio Spinola, cum copiis. Præfatus ensis & galermus, nuper, anno scilicet 1622. mensis Martio, inter alia honorum insignia, in exequiis solemnibus ejusdem Principis prælata fuere Bruxellæ in Brabantia: eaque ipse, dum viveret, maximi muneris loco accepit, & habuit.
Manns aurea honoris ergo data.
 Zelissaus, ducis pariter atque militis officio functus contra Moravos, dextram amissit. Eum Boleslaus III. Polonorum Rex, collaudatum pro meritis & virtute, aurea manu donavit. *Cromerus lib. 5.*
Rosa manus honoraria.
 Pontif. Rom. singulis annis Dominica quarta Quadragesimæ, Latere Hierusalem, Rosam auream pretiosis odoribus delibram inter Missæ solemniam consecrat, eamque facto peracto, Principi alicui Christiano aut præsentem offert, aut absentem mittit, honoris ergo: ut cum nihil rola magis fit caducum, vitæ præsentis fragilitas agnoscatur: cumque nihil suave magis & odoratum, futuræ immortalitatis (cujus symbolum in hoc mundo aurum est metallum æternum) desiderium accendatur & confirmetur. *Lib. cæremoniarum.*
 Guilielmi Scororum Rex legatus ad Pontificem Romanum Alexandrum III. qui nomine suo obedientiam declararent, Romam misit. Alexander vicissim Rosam auream balsamo opplentam, indicium singularis adversus regem charitatis, per eodem dono misit, privilegii in super compluribus donavit. *H. Boehl. lib. 13.*
 Anno 1777. Quadragesimali tempore Pontifex Alexander III. Duem Venetum Sebastianum Zianum aurea Rosa donavit. *Blond. lib. 6. Dec. 3. & Sigon. lib. 14. regni Ital.*
 Fridericus, Ferdinandi Neapolitani Regis filius, Mediolanum intrus ad deducendam Francisci Siortie filiam, fratris uxorem, in regnum, Romanam veniens, prodeunte obviam D Honorato quoque, & Roderico vicecancellario, perbenigne à Paulo II. susceptus, ac rosa donatus, quam Pontifex quotannis donare alicui ex Principibus Christianis consuevere. *Platina.*
 Eugenius IV. Sigimundum Imp. qui victis Hussitis, à Boemis in Regem susceptus fuerat, gratulationis ergo auream Rosam misit. *En. Syl. c. 52. Hist. Boem.*
 Leo X. Fridericum Saxonie Ducem fibi initia motus, quem in Germania Lutherus excitavit, antea rosa donavit anno Salut. 1518. Et post ann. 1524. Alexander VI. Henrico IX. Angliæ Regi, qui contra Lutherum scripserat. *Syrus in Commentar. Dos honorifica.*
 Cum capta urbe abjecti Galli à Camillo essent, multi Latini duce Livio Posthumio Fidenatum dicitore urbem Romanam insedi petere, & per caducetorem bonum numerum virginum viduarumque sibi ad affinitatem jam penè exolecentem redintegrandam petere. Hic hesitantibus omnibus, ex Philoideis five Turcolæ ancillæ consilio, servæ habitus dominarum ad hostes misit, eisdem noctu formam vinctos sepultos esse, face de captivo elata, Romanis, sic, uti convenerat, indica-

runt. Qui signo conspecto, hostes ceciderunt, & ancillis præter cultum matronalem, ex publico dotem conulerunt. *Plur. in Romulo, & Camillo.*
Præda.
 Consule Tit. Divitiarum præda & Præda.
 Ex præda omni ad Plataas & Peris congesta, Panfania; Lacædemoniourum Regi, Imperatori totius exercitus Græci, sunt ex omnibus dena, & ea delecta dono data, ex mulieribus, equis, talentis, camelis, & item ex cæteris rebus. *Herod. lib. 9.*
 Victis ad Aquas Sextias magna strage Teutonibus à C. Mario, tentoria, impedimenta, prædam, quæ interversa non essent, victores Mario attribuerunt: & quanvis hoc tam splendido dono auctum, non satis pro merito tam ipsius consiliorum ob periculi magnitudinem existimaverunt remuneratum. *Plur. in Mario.*
Libri. Librorum dedicatio. Donatio.
 Phædon Eliensis à lenone domino puer ad merendum coactus, Socrati postea adhaerit, cum eum Cebes Socraticus, hortante Socrate, emisisset. De ejus nomine Plato divinum illum librum, de Immortalitate Animæ, inscripsit. Is postea philosophus illustris fuit, & sermones ejus de Socrate elegantes admodum feruntur. *Gell. lib. 2. c. 18. Noll. Att.*
 Henricus VIII. Angliæ Rex librum quem adversus dogmata & impietatem Martini Lutheri scripserat, ad Leonem X. Rom. Pontificem dono misit: verum tunc misit, cum eundem adhuc tanquam supremum Ecclesiæ Pastorem & caput agnosceret, & de Ecclesiæ Sacramentis, hoc enim argumentum adversus novum Ecclesiæ hostem susceperat tractandum, cum Ecclesiæ sentiret. Exemplar libri ejusdem asservatur in Bibliotheca Vaticana, atque hæc in illius fronte inscriptio legitur, *Anglorum Rex Henricus, Leoni decimo missit hoc opus, & fidei testem, & amicitia.*
NOMINA HONORIFICA.
 Bona pars loci de Nominibus huc pertinet, si Honorum Nominis veluti proxenetæ consideremus.
IMPOSITIO.
 Mauri olim Granatensem Regem in Hispania sacrosanctum & sentiebant & nominabant, quod pro tutela religionis oppositus esset contra vim Christianam cervicibus suis imminentem. Et proinde Almazorem, hoc est, Fidei defensorum, vocabant. *Valla lib. 1. de rege Ferdinando.*
 Orho I. Imp. cum cognomine, quod à magnitudine rerum gestarum invenit, cum præstantissimo Imperatore Carolo comparandus, tum præcipue apud posteros, Italico regno novis legibus & institutis instructo, commemorandus, quorum adhuc etiam vestigia remanent. *Sig. lib. 7. regni Ital.*
USUS NOMINUM HONORIFICUS.
 Communicatio facta in Sacris.
 Jano præfatio perpetua in sacris, eod quod primus in Italia diis templa fecit, ritumque sacrorum instituit. *Macrob. lib. 1. Saturn. c. 9. ex primo lib. Zenonis rer. Ital.*
 Mamurius faber Romanus, cum ancilla Martis facta fabricasset ea arte, ut verum ancle, quod & celo deciderat, intemolci non posset, præmii loco obtinuit, ut ejus nomen in Salari carmine repeteretur.
Festus. A quorum nominibus Annorum numeratio instituta.
 Consule Tit. Arithmetice usus in dinumerandis temporibus.
 Syracusis magistratus honoris exquisiti, quem Jovis Olympii famulatum appellarent, à Timolone institutus fuit; primusque Olympii Jovis famulus fuit Callimenes. Ab magistratu eo annuli muniti in digitos consuevere, uti à consulibus Romæ. *Cell. lib. 2. c. 21. A. Læx Diodori lib. 16.*
Nuptiæ.
 Servius primo Aeneidos scribit, Hymenæum virum fuisse Atheniensem, qui inter bella sævissima virgines liberavit, propterea nomen ejus in nuptiis invocatur, quasi liberatois virgi-

A virginis. Martianus hunc Bacchi & Calliopeae filium dicit. Lud. P. vios in lib. 4. Aug. de Civit. Dei. c. 21. Theffali Romani nomen, in raptu Sabinatum ad tuendam venustissimam virginis pudicitiam usurpatum, hymnis inde nuptialibus inferum fuisse, Plur. & alii scriptores Romanae historiae testantur.

Certaminibus. Neantes Cyzicenus in fabulis, quae de quaque urbe prodita sunt, refert, Athenis honorem tribui Ajantidi hunc esse delatum, ut chorus ejus nunquam postremus pronuntiaretur. Namque Marathon in ea est tribus. Harmodius etiam Ajantides Populo fuit Aphidneus. Glaucias orator dextrum cornu in acie Marathonica fuisse Ajantidis attributum, qui illo in praetio dimicantur fortiter, Callimacho polemarcho illius tribus: qui cum vitum se in primis strenuum praestitit, tum ejus pugnae auctor post Meliadem, quod ejus sententiae suffragaretur, fuit praecipuus. In Plataensi item pugna praetere se gessit tribus illa. Hinc Nymphis Sphragitidibus sacrum victorale ex Apollinis oraculo ad Cithaeroneum tribus Ajantidis faciebat, praebente ei victricem et reliqua civitate. Denique videtur, id ei tributum fuisse ad placandum & leniendum Ajacis Telamonii genium, a quo traxit haec tribus appellationem, qui minime equo animo vincit se passus esset: sed praer indignatione omnia turbasset. Ne igitur infernus esset, placuit ademptae victoriae detrudere molestissimum, ne tribum hanc in novissimum locum unquam conjicerent. Plut. lib. 1. c. 10.

Codicibus, Instrumentis publicis. Judaei sub Machabaeis sive Afmonaeis a gravi jugo regum Syriae respirare ceperunt, maxime vero sub Simone, qui Juda Machabaeo & Jonathane fratribus hostium dolo interceptis, ducatum & pontificatum gessit, nec fratribus inferior, bella gravissima confectis, & populum a Macedonum praesidio, quod in arce jam inde ab Antiochi Epiphaniis tyrannide per 30. annos perpessus fuerant, liberavit, & tributorum immunitatem peperit. Hic Simon in tanto honore fuit apud populum, ut tam in privatis instrumentis, quam in scripturis publicis adjectum, actum esse anno primo Simonis Judaeorum ethnacae, optime de gente sua meriti: nam hujus principatu res eorum magnis accessibus auctae sunt, & multas de finitimis hostibus retulere victorias. Ioseph. lib. 13. c. 11. ex 1. Machab. 14.

Aribus & Scientiis. Si linguae vis, & dicendi facultas spectanda est, cui fando unquam contigit, ut non homo, sed eloquentia loqui crederetur? Non hoc Peticii, tamen fulguratae & cetera tonitrua sit dictus: non Hyperidi, qui Pericli proximus eloquentia floruit: non demum ipsi Demostheni, quem dicendi vi nullus potuit equare. Unus M. Cicero felicitate quadam adeptus est, ut ejus nomen pro eloquentia in ora hominum abierit: is dein Catilinae urbe expulsi, Antonium proscripti, Agrariam legem abrogavit: & quod omnium felicissimum illi contigit, Latium semonem non auxit solum, sed longe etiam lateque propagavit, quod multo pulchrius fuit, quam si Romanum auxisset Imperium. Sab. lib. 7. c. 7.

INSIGNIA HONORIFICA.

De Insignibus, vel etiam de Nominibus, quatenus Nota sunt Rerum, propriis titulis agitur: Res ipsas, quas denotant, honorifica, vel e contra, huc pertinent. Familia.

D Benedictum VIII. Pp. duplicis crucis insigne tradidisse Stephano I. regi Christiano Ungarorum (a sequentibus usurpatum Regibus) eo quod Rex & Apostolus esset Hungarorum, auctor Decreti Pannonici astitit.

Uladislaus II. regi Boemiae ob strenuam navatam contra Mediolanenses operam Fridericus I. Imp. insignia regni vetera, nempe Aquilam atram, permutavit cum Leone fulvo: quoniam Leonis major, quam Aquilae, fortitudo inesset. Pictor forte Leonem in vexillo ita pinxit, ut caudam intra femina occultaret, & propterea cauda mutilata videretur. Eum Boemi intuentes, Et ubinam cauda? inquit: nonne haec Simiae magis, quam Leonis imago? rursusque Aquilam recipere agitant. Tum Caesar in risum solutus, pingi Leonem alium in vexillo rubro jussit, caudis duabus in altum porrectis conspicuum, qualem in hunc diem Boemi gerunt. Dobra-vius lib. 12.

Stephanus Columna Romae per quinque annos continuo magistratu senatoriae dignitatis fastigium obtinuit. Ab eo Henric. VII. & mox Ludovicus Bavarus Caesares, in Capitolium

recepti, & ad Vaticanum Imperatorio diademate coronati sunt. Ad hujus studii officioque memoriam, Ludovicus coronam auream dono dedit, ut in gentilitiis insignibus supra Columnam perpetuo gestaretur. Jovius in Pompejo Columna.

Ladislaus Ung. & Boemiae Rex Jo. Corvinum Comitem declaratum Viennae in D. Stephani Basilica ex alto fuisse, & regali praesidens apparatu, in summa nobilitum principumque frequentia, traditae dignitatis insignibus decoravit: gentilitia Corvi confirmavit insignia: & quum ruentem Ungariae coronam fortitudine sua sustinuerit, ardui Leonis diadema regium subeuntis insignibus donavit. Bonfinius lib. 7. Dec. 7.

Anno 1403. Magnum Sfortiam jam pridem eximia virtutis opinione percelebrem, Robertus Imp. illustrem fecit. Descenderat is in Italiam Florentinorum pecuniis evocatus ad bellum, ut Galeacius Mediolano pelleretur. Sed demum duobus tumultuariis praesidiis ad Brixiam pulsus, repressusque, cum Patavium reparandis copiis diversisset, obvium honoris & praesidii causa Sfortiam habuit, qui tum stativis in castris ad Monteganam Patavium Principi, Venetorum oppresso armis, opem tulit, praepositos Florentinorum auxilium, qui socio amicoque principi jure faderum mittebantur. Excipit Caesar, permatum compositoque more militiae, toto equitatu, circumductis & in duplices alas digestis ordinibus, ita ut Caesar ea specie cataphractorum in equum oblectaretur, erigeretque animum renovando bello, si is maxime copiis & Sfortia ducem juvaretur. Visebatur in Sfortiae vexillis citonum pomum vetus Attendulae gentis insigne, ductum scilicet ab oppidi nomine, ut principem familiam decuit. Ad id aspiciens Caesar, & ad Sfortiam se convertens: Dignum, inquit, virtute tua leonem dabo, qui citonum leva sustineat, & minaci dextra tueatur, ne quis inbelli manu atfectus, atque corripit. Atque ita tabulis lata membrana confectis leonem fulvum, erecta cervice, alteri pedi innixum, dono dedit, concessitque, ut Attendoli omnes eo argumento uterentur, essentque in clientela Bajoariae principum, quorum esset a prisca origine gentilitium insigne. Nam Robertus ipse, Norici regulus, & Bajoariae familia suffragis Germaniae procerum de more ad Imperium accesserat. Jovius in vita Sfortiae.

Bartolus in tractatu de Insignibus & Armis, scribit sibi a Carolo IV. Imperatore concessum, ut in suis insignibus haberet leonem rubrum cum caudis duabus, in campo aureo. Hotom. de Verbis juris.

Rhodogone havans, rictus albergebant. Venit quidam nuncios subditam gentem descensit. Illa non absterbis capillis, sed ita ut erant revinctis, equum confendit, & exercitum eduxit, juravitque non ante se crines purgatum, quam a defectoribus victoriam reportasset: longoque tempore bellum ducens, tandem victoriam portit, lavit, & crines collegit: proinde Perfarum regum sigillum etiamnum imaginem impressam habet Rhodogonen disjectis capillis. Polytaenus lib. 8.

Cadis. Perfarum Rex Artaxerxes Carimiliti, Cyri junioris percussori, virtutis praemium contulit, ut in prima acie gallum aureum in hasta gestaret apice. Nam Caras omnes Persae ελευθέρους dicunt, id est, gallos sua sua, quos in galis iurectos habent. Cel. lib. 16. cap. 13. A. L. ex Plut. Artaxerxes.

INITIATIO SACRORUM HONORIFICA. Herculeum & Hippocratem Coum Atheniensis ob praecleara merita publice Eleuthinis sacris initiatur, quod decus nulli ante illos contigit. Soranus in ejus vita.

Demetrius Poliorcetes, Athenis commorans, initiari cupiebat, & Eleuthinis sacris imitari. Cumque abesse satis diu legitima dies, in quo soliti erant Atheniensis sacra illa celebrare, persuasit populo, ut propter beneficentiam patriam morem mutarent. Igitur seipsum inermem sacerdotibus tradidit, & ante statam diem initiatus. Diod. lib. 20. E peculiarare quiddam praeter ceteros contigit, ut solus & initiaretur simul, & arca inmeretur, & praesinitum tempus a Majoribus non obervaret. Svidas.

Apud Scythas semel quotannis singuli regionum principes miscent vinum crateri: de quo Scythae omnes hostium homicidae bibunt: nemo gustat, qui nihil preclari operis ediderit,

CIVITATE HONORIFICE donati.

Ex loco Amicitiae, in civitatem recepti, ea huc pertinent exempla, quae Gloriam iunctam habent.

Alexandro Magno civitatem Megarenfes decreverant. Qui cum studium eorum pro ioculari duceret, commemorasse ferunt illos, qui se superiori memoria civitatem Herculi, & secundum illum ipsi decrevisse: ita eum admiratione affectum agnovisse honorem, dignationem paritate merentem. Plut. de Rebus pub.

IN AMICITIA HONORIFICE suscepti.

Jonathas Judae Machabaei frater, populi defensione suscepta, contra Bacchidem Demetrii ducem praecleara edidit facinora: cujus virtuti Alexander Epiphaneus, & Demetrius Soter, qui de regno inter se certabant, tantum tribuere, ut certatum maximum pollicitationibus eum in suam amicitiam pellicere conarentur, rati in ejus federe non parum victoriae momentum suum esse. Alexander igitur, qui prior pontificatum Jonathae obtulerat, victor exiit. Ioseph. lib. 13. c. 3. & 5. ex 1. Machab. 10. Eundem quoque Demetrius Nicanor, interfecit Alexander, honore & amicitia profectus est. Maxime vero Antiochus Alexandri F. victo Demetrio, Lacedaemonii quoque & Romani federa cum eo renovarunt. 1. Machab. 11. c. 12.

Cum in pugna ad Salaminem gesta Theomestor Andromantis & Phylacus Histiaii, trierarchi Samii, Graecae navis demerissent: Theomestor quidem a Xerxe tyranno Sami creatus: Phylacus vero inter bene de rege meritos adscriptus est, & multo tractu soli donatus. Beneemerit autem de rege, Persica lingua Orofange vocatur. Herod. lib. 8.

HOSPITII HONOS.

L. Lucullum in Aegyptum ad contrahendam classem a L. Sylla missum, Ptolemaeus Rex, etsi societate belli renueret, mirifica humanitate excepit, & quod duci extraneo ante eum delatum fuerat nemini, divertorium & cenationem ei in regia dedit, & impensarum atque sumptus quadruplum ejus quod illis tribui consueverat. Plut. in Lucullo.

MENSE, CONVIVII HONOS.

Judaeorum regum convivio adhiberi, honor maximus erat. David confecto Goliath gigante, apud Saul regem id honoris consecutus est, ut novilunii die cum rege accubaret. 1. Reg. 20. David postea Miphiboseph Saul regis F. eundem honorem concessit. 2. Reg. 9. Berzelioo Galadadite similiter, propter magna ejus erga le eulem, a filio patrum, beneficia, idem concedere voluit. At eo propter autem recusante, in filium ejus Chanam transfudit. 2. Reg. 19.

Evlmerodach Chaldaeorum Rex Joachim regem captivum mensae suae adhibuit Babylone, eumque honorifice tractavit. 4. Reg. 25.

Macedones in more habent, ut nullus discumbat inter convivas, nisi extra retia aptum interfecerit: tunc enim federe inter convivantes licebat. Athen. lib. 1. c. 11.

Valerius Messala tradit, neminem unquam libertinorum adhibuit ab Augusto Caesare cenae, excepto Mena, sed asserit ingenuitatem. Post proditam Sexti Pompeii classem, ipse scribit, invitasse se quendam, in cujus villa maneret, qui speculator olium suus fuisse. Sueton.

Epulae Legionibus victricibus ante fores exhiberi solebant. Alex. ab Alex. lib. 6. c. 6.

Apud Gothos honorificum, regiae mensae adhiberi. Itaque dum Longobardi Odovinum regem suum monerent, ut Alboino filio, qui Thorimundum Gepidarum regis filium acie victum interemerat, convivii honore dignaretur: non prius acquiescere voluit, quam regis aliojux externi judicio filium armorum jure donatum videret. Ergo Alboinus magna confidentia ad Thorimundum profectus, ingenii & virtutis suae commendatione hostem ita movit, ut eum mensae adhiberit, & ad dextram suam eo loco, quo filius suus ab Alboino interfectus sedere consueverat, collocaret. Incolunt igitur ad patrem remissus, ab hoste virtutis suae testimonium afferens, a patre portu publicis epulis adhibitus fuit. Paulus Diac. lib. 1. cap. 23.

Apud Scythas semel quotannis singuli regionum principes miscent vinum crateri: de quo Scythae omnes hostium homicidae bibunt: nemo gustat, qui nihil preclari operis ediderit,

sed sine honore seorsum sedet. Quae res apud eos maxime est E ignominiae. Qui vero complures caedes fecerunt, hi duobus pariter, quos habent, calicibus potant. Herod. lib. 4.

CONJUGII honos. MATRIMONIA virtutis ergo conciliata.

Ex loco Conjugii ea, quae honorifica sunt, huc transferri possunt. Item Tit. Potestas seu sui Nuptiarum datum. NATALIIUM honore affecti. NATALIBUS restituti. LEGITIMATI.

Huc etiam Adoptati referri possunt, quatenus Adoptatio praeter Amicitiae paterna conciliationem (de qua suo loco) etiam Honoris speciem secum trahit.

Philippum ex Maria Boema a Philippo II. Francorum Rege, repudiata Ingelberga Dana, susceptum (quantumvis auctoritate concilii Svesionibus Ingelbergam recipere coactus sit) Pontifex nihilominus justam Augusti sobolem esse decrevit, multorum cum admiratione. Emil. lib. 6.

HONORIS SPECIES MEDIATAE,

QUANDO SCILICET VEL PREMIO VEL honore afficitur eorum quos per se & immediate colimus,

ANIMI MONUMENTA.

Consule Tit. Libri magno redempti, quatenus ex sumptus magnificentia, honoris quiddam in auctoribus, quorum labores tantis iudicantur digni sumptibus, redimantur videtur.

Euripidis tragicorum principis tanta fuit auctoritas apud Syracusanos, ut cum duce Gylippo Syracusani maximam cladem Atheniensibus intulissent, Nicaeam & Demosthenem Imperatores occidissent, multos captivos duxissent: multi captivorum, cum veris Euripidis memoriam tenerent, ob eos ipsos libertate sint donati a Siculis, hunc poetam summe admirantibus: qui postea Athenas reversi, Euripidi pro libertate data gratias egerunt: multi per civitates Siciliae dispersi ac vagi, viduum sibi horum versuum recitatione comparantur. Plut. in vita Niciae.

Composuit multa sermone Syro B. Eftrem, Edessenae Ecclesiae diaconus: qua ex re ad tantam venit dignitatem, ut post lectionem Scripturae sacrae, publice in quibusdam Ecclesiis ejus scripta legerentur. Platina.

CORPORIS MONUMENTA.

Cadavera. Consule locum Funeris. Illic Corporis post mortem cura, tum per se, tum per accidens consideratur: hic vero Cadaveris, quatenus ovis, ut notant Grammatici, ovis est ad praesens, qui cadaveri honorem exhibent, propter eum, cujus illud cadaver est, id faciunt.

Lysidas Megalopolitanus a Lacedaemoniis interfectus in praetio, pulcherrime ornatus a Cleomene rege, licet hostis, suis ad sepeliendum remissus est. Plut. in Arato, & Paul. in Arca.

Hephaestione Babylone mortuo, Alexander Magnus gentibus Asiae omnibus imperavit, ignem, qui facer a Persis dicitur, extinguere, donec funus esset absolutum. Idcirco populi in malum omen regiam iustionem traxerunt, veluti Deus ita futuram regis mortem significaret. Diod. lib. 17. P. Clodium Pop. Romanum congestis sublellis & tribunalibus & mensis in foro concremavit. Sab. lib. 6. Enn. 6.

Eliseus, raptus Elia in caelum, ejus lanam, quae ab illo dederat, sustulit, & Jordanem ea feriens, diviso fluvio per siccum traiecit. 4. Reg. 2.

Primitias regni suo tantum honoris tribuerunt Boemi, ut lignae soleas, in quibus arans inventus erat, diu servarent, & novis regibus praerent. En. Sylvius in Hist. Boem.

Isidorus Alexandrinus presbyter, sub Theophilo Episcopo (primum Monachus) tanta fuit etiam Gentilibus admirationi, ut umbram ejus reverti sint. Palladius testis.

FORTUITA MONUMENTA.

Utpote. Parentes, Liberos, Cognatos, Affines, Discipulos, Reges, Subditos. Consul Tit. Clemente erga hostium uxores, liberos, amicos, quatenus in eius propter quem exercetur hac clementia, honorem ceat. Miphiboth F. Jonathan a Davide propter parentis amicitiam summis afficitur muneribus. z. Reg. 9. Milites a Cassandro, Antipatri F. ad occidentam judicio damnato Olympiadem, Alexandri Magni matrem, ingressi regiam, veneratione ejus eam occidere noluerunt, sed re infecta discesserunt. Diad. lib. 19. Lyfimacho, Aristidis Justo filio, cujus meminit Demosthenes in oratione ad adu. 2. ob merita patris erga Rempublicam, quod propter beneficentiam & justitiam pauper admodum decederat, data sunt publice centum talenta. Plur. in Aristide.

Antill Scranii liberis & uxori post ejus mortem alimenta publica decrevit Senatus Rom. Valerius. Rex Antiochus bello, quod cum Romanis gerebat, filium P. Scipionis Africanum superioris, a militibus suis interceptum, honoratissime excepit: regiique muneribus donatum, ultrò & celeriter patri remisit: quamquam ab eo tum maxime finibus Imperii pellebatur. Nempè & rex lacessitus, majestatem excellentiss. viri venerari, quam dolorem suum ulcisci maluit. Valerius Max. lib. 2. c. 5. Cn. Scipio post res in Hispania prospere gestas, in summa paupertate decessit, nec ea quidem relicta pecunia, qua sufficeret in dotem Filiarum: quas ob inopiam publicè dotavit senatus. Frontin. lib. 4. c. 3. Augustus victa Cleopatra, Alexandrino populo, qui in theatro conuenerat, tribus de causis ignoscit à se dixit. Primam affirmans, urbis esse pulchritudinem: secundam, Alexandri colum, qui ejus urbis conditor fuerat: tertiam, suum esse in Actium philologium amorem, quem amicum habebat, manu eum designans, ut a populo cognosceretur. Plur.

Herodes Judaeorum Rex, cum in omnes eos, qui in ejus fidem jurare nolent, graviter animadverteret: tamen Pollionis & Surae Phariseorum sectatoribus ignovit, propter reverentiam Pollionis: Efenis item, propter Manabeni Esfeni vaticinium. Joseph. lib. 1. c. 13. Noridanus Damascenus Sultanus, mortuo Balduino III. Hierosolymorum rege, quamvis Christianos opprimere posset, tamen ob memoriam tanti regis noluit, priusquam tempus luctus esset exactum. Fulgof. lib. 2. c. 3. Florentini Donati Acciajoli Filias, cum is in legatione decessisset, nihilque divitiarum filiis ob paupertatem reliquisset: ere publico nupti locarunt, hanc alter quam Pauli Æmilii aut Aristidis. Volat. lib. 1. 2. Anthrop.

Loca in quibus habitant. De locis clarorum virorum vel ortu, vel vita, vel obitu illustri, superius egimus, respectu Personæ patientis gloria considerata. At hic perscrutemur, quatenus ex locorum cultu, & quorum nobis memoriam invocant, videntur honorari. Apud Novum murum (qui locus inter Smyrnam & Cumarum Æolicus medius est) ostendebatur ad Herodoti usque tempora anno 630. & amplius locus, in quo Homerus sedens carmina sua legenda exhibebat, & in magna habebatur veneratione, memoratque populus arbor ab Homeri adventu in eodem loco enata. Sed paupertate postea pressus poeta, Cumam rediit. Herodotus in ejus vita. Thraces eam viam, qua Xerxes duxit exercitum, neque confundunt, neque ferunt, sed ad Herodoti usque tempora magnopere venerabantur. Herod. lib. 7. Instrumenta qualibet.

Alexander Macedo cum Ilium pervenisset, & quidam Paridis Ilyram feci ostensurum promississet: Apage, inquit, sed Achillis citharam exhibe, qua heros præstantissimum animum a bellicis fatigationibus recreare solitus fuit. Argivorum Rex fuit Enhippus, miræ felicitatis, cujus clypeum, qui apud Græcos insigniter remi gessisset, recipiebat, ut per urbem incensum hoftebatur. Unde obrepit in ignavos proverbium, Argivo clypeo dignus: cujus etiam meminit Callimachus. Mentio item & regis & scuti, est apud Papium, hisce verbis:

— celsum subeuntibus arcem, In gradibus summi delapsus culmine templi Arcades Enhippi spolum cadit, æreus orbis. Cal. lib. 12. c. 14. A. L.

Sepulchra. Ex loco Corporis honorum, ubi Cadaveris rationem habuimus, huc transferri possunt Monumentorum & Sepulchrorum exempla, quatenus cultus iste in ipsa cadavera, quorum loca sunt, redundat. Lycurgi legislatoris Laconum sepulchrum fulmine tactum, scribit Plutarchus: idque nemini prætereâ, quam Enripidi tragico poeta, contigisse post funera. Certissimum enim hoc deorum benevolentia signum esse, stolidi gentiles persequi damonum arbitrabantur.

Euripides Atheniensis tragicus cum in Macedonia apud Archelam regem a canibus dilaniatus esset, Macedones eum honorificè sepelierunt, ejusque monumentum in gloria etiam loco prædicarunt. Ovis non minus Euripidis dicitur. Neque Atheniensibus, licet petentibus, ossa transportanda concedere voluerunt. Gellius lib. 15. c. 20. ex Theopompo. Alexander Macedo, cum ad Trojam venisset, Achilles tumulum floribus coronavit, in hac verba prorumpens: O felix adolescens, qui laudem tuarum præconem Homerum habueris. Plur. in Achille.

Posteaquam Antonio Cleopatraque in Ægypto devictis, Augustus Alexandriam ingressus est, id quod primum in ea urbe optavit conspiceret, Alexandri magni corpus fuit, quod non verborum solum, sed etiam coronæ profusum honore, totum floribus confpersit: rogauitque, an Ptolemæorum Ægypti regum inspicere corpora vellet, respondit: Reges se & non mortuos videre voluisse. Fulgof. lib. 2. c. 5. Silius Italicus poetarum post Virgilium in carmine heroico facillè princeps (cujus libri de secundo bello Punico & hodie extant, mito ingenuo scripti) quotidè Virgili sepulchrum invisitare, atque muneribus ornare solitus erat. Pont. c. 15. de Magnif.

Neronis sepulchrum floribus exornatum, à quibusdam post mortem visitari solitum, Sæton. scribit. Theodoricus Gothorum in Italia Rex, quamquam barbarus, Augusti sepulchrum Romæ instaurandum curavit. Pont. c. 15. de Magnif. Georgius Gastrionus, Scanderbechus (hoc est, Alexander Dux) à suis dictus, Epiri despotia invictissimus, qui anno Christi 1566. 16. Kal. Feb. ætatis suæ 63. obiit, tanta vi etiam apud hostes auctoritate, ut cum post ejus mortem Mahumetes Epirum diriperet, apud Lyfium in D. Nicolai templo Scanderbechi sepulchrum Turcæ religiose quarerent: admirandique usque adeo pie venerarent, ut eruta sepulchro ossa diriperent, quem quisque de bello in vicium turumque fore crederet, si frustra ossa offibus suspensum inritus prælium gestaret. Jovius in ejus vita: ex Marino Barleto Scodrense, qui Scodra scripsit expugnationem.

Allolius Atagonius audiens à quibusdam Cajetanis, malè literatis, M. Tullii sepulchrum extare adhuc juxta Formias (ibi enim villa Ciceroniana insignis olim fuit, nunc autem Mola vocatur) in via Romana vetustis literis inscriptum: ejus rei videnda percipidus, statim eum locum accessit: & sentibus rubicque primò tumulum purgans, moxque legere inceptans, non M. Tullii, sed M. Vitruvii inscriptionem invenit; qua lecta, vulnui in risu solvens, dixisse fertur, Cajetanos ex Minerva oleum quidem accepisse, sed sapientiam amisisse. Panor. lib. 1. de Keb. gest. Alfonti.

Solymanus, expugnata Buda Hungariæ regis, ubi regum statuar & monumenta conspiciebantur, solius Mathiæ Corvini tumulum videre voluit, eumque venerandus adit, quod hunc solum regem fuisse diceret.

Statua denudè erecta, non desceat.

Sesoftris Ægyptiorum Regis adeò diuturna gloria, ingenfque ad posterum manavit, ut cum multis postea feculis, Persis Ægypti Imperium tenentibus, Darius Xerxis pater vellet in Memphi suam ante Sesoftris statum ponere, princeps sacerdotum publicè contradiceret, asserens, illum nondum Sesoftris opera æquasse. Quod responsum haudquaquam agrè ferens Rex, sed letatus admodum libertate loquendi: se curatum; inquit, ut nihilo illius virtute, si tantumdem viveret, esset inferior:

A ferior: hortanturque est, ut ætatis ejusdem conferret gesta: id verum argumentum esse vitur. Diador. lib. 1. c. 4. Alexander Magnus in expeditione Asiatica Phaselide dies complures substitit: quibus cum Theodectis jam fato functi (fuit autem Phaselides in statum vidisset in foro locatam, perrexit eò saltatim à cæna tentantibus, crebraque coronas ei iniecit: hanc inventum tribuens per ludum honorem consentudin, qua per Aristotelem & philosphiam ei cum illo intercesserat. Plur. in Alexandro.

C. Julius Cæsar Cn. Pompeii statuas dejectas honorificè repositit. Ea propter, inquit Cicero, Cæsar dum Pompeii statuas reponit, suas stabili. Sentiens, illum hoc non in Pompeii gratiam facere, sed ut sibi clementiæ simulatione favorem apud civis conciliaret, atque hoc pacto suum regnum stabiliret. Plur. in Rom. Apoph. & Polyæna lib. 3. & Sæton.

M. Bruti statua ænea apud Mediolanenses ab Augusto Cæsar non exciâ. Plur. in comparatione Bruti & Dionis.

Ajaciæ statum, à M. Antonio ablatam, et in Ægyptum asportatam, Augustus Cæsar, sicut pteaque alia, restituit Illenibus. Aeneas Syl. c. 66. Asie.

Robertus Normannorum dux, penitens quòd Ricardum III. fratrem veneno necasset, cum Hierosolymam voti causa esset iturus, Romam profectus, ut Benedictum IX. Pontificem Romanum abundi facultatem, pro more, rogaret: magnas fecit largitiones: vestivit etiam statum Constantini Imperatoris pallio aureo: dicitans, Romanos esse ingratos, qui talem principem non donarent in annos singulos veste. Tempus varia donaria intulit. Polyd. lib. 3.

HONORARE.

Ex loco Fortuitorum honorum illustretur, ubi de Honoribus agitur.

Chalcedonia mulieres, si in alienos viros & magistratus potissimum incidere, dimidium faciei retegebant. Cal. lib. 13. c. 6. A. L. Coletes differenter audiens de natura Epicurum, propter genibus ejus accidit. Atque hæc glorians ipse scribit Epicurus: Postquam venerantem te ea, que tunc à nobis memorabantur, cepit misicum desiderium, ut amplectereris nos, genua nostra attingens, & omnem solum gultares in deserendis honoribus & supplicationibus stuporem. Efficacias ergo, inquit, ut nos quoque vicissim consecraretis & veneraretur. Plur. contra Caloten.

Vespasianus Imp. avie Tertullæ memoriam tantoperè dilexit, ut solemnibus ac festis diebus, poculo quoque ejus argenteo potare perieveraverit. Sæton.

NON HONORARE.

Indignos non honorare, Injustia est, dignos, vel Inurbantatis vel Injustitia.

Cum pompam sacram Rokyczanus Hussita Praga duceret, Ladislaus Rex de fenestra prospiciens, neque caput nudavit, neque ullum alium honorem derulit, adeò ut proceres quoque illum tanti contemptum arguerent. Quibus ille: An ego, inquit, vobis tam venerandum omnibus Christianis sacramentum contemnere videor, quem quotidie illud per rem divinam cernuum prostratum adorare cernitis? Sed non eratic venerationi ejusmodi locus, ne dum Christi corpus honoro, simul approbare sacrilegum sacerdotem putare. Dubrav. lib. 29.

* APOPHTHEGMATA.

Ex supra scriptis Historiis & exemplis, selectiora quædam responsa dictaque ad præsens argumentum facientia in hunc locum rejecimus, additis plerisque, quorum supra non meminimus. Quo lector studiosus uno oculo, & promptè hauriat, quid viri præclari, de honore præclari dixerint.

ETHNICORUM.

Athenienses per adulationem decreverant, ut Alexander pro Libero patre haberetur & coleretur. Hunc honorem irridens Diogenes: Et me, inquit, Seraphin facit. Ut enim Bacchus inter Satyros est, ita Seraphis ab Ægypti specie bovis colitur. Laert. lib. 6.

Acistoteles præcipuam dignitatem esse dicebat, non fungi E honoribus, sed ab aliis dignum honore judicari. Stob.

Capta Petra, arce inexpugnabili in India, Alexandrum amicit ejus jactabant supergressum rebus gestis Herculem: At ego, inquit, nec gestas meas cum Imperio non existimo esse uni Herculi verbo æquiparandas. Plur. in Apoph.

Pythionem, quod interfecisset regem Coryn, magni faciebant Athenienses & honorabant: sed ille, Deus hoc (inquit) manu usui mea perpetravit. Plur. in præceptis politicis.

Athenienses Phavorini æneam statuam dejectam, ut hominis Cæsaris inimicissimi. Erant Athenienses vectigales Adriano Cæsari. Id posteaquam Philospho denuntiatum est, nihil commotus, dixit: Uidius erat Socrati ab Atheniensibus ærea privati statua, quam bibere cicutam. Philosphatus.

Demetrius Antigonis filius, cum Rhodum obsideret, urbeque jam cepisset, tabulam quandam Protagenis manu depictam studiosè servari sibi præcepit, dicens: Se citius parentis imaginem, quam eam picturam aboliturum. Plur. in Demetrii vita.

Arato desinant tyrannorum communi odio abolere tabulam insignis artificii, qua Aristratum in curio victorem habebat: Neocles supplex intercessit, ut opus incolome servaretur, dicens, Cum tyrannis non tyrannorum imaginibus beligerandum esse. Eras. lib. 6. Apoph.

Scipio minor, ubi civitatem comperit statuis Deorum Græcæ ac monumentis à Sicilia deportatis differtam, per præconem publicè pronuntiari jussit, ut qui illarum essent urbium agnoscerent illa, ac referrent domum. Plur. arch. in Rom. apophthegm.

Julius Cæsar, cum triumphans sublellia tribunitia præteriret, Pontius Aquila non assurrexit unus omnium: id adeò indignè tulit, ut proclamavit, Repete ergo Aquila à me Rempublicam: nec deinde per continuos aliquot dies cuiquam pollicens est, nisi sub hac exceptione: Si tamen per Pontium Aquilam licuerit. Eras. lib. 4. apoph.

Paulus Æmilius iterum petens consulatum, repulsam tulit: cæterum cum bellum adversus Perseum ac Macedones, imperita segnitique ducum, jam longum duceretur, eidemque consulatum decessisset, negavit se illis habere gratiam; non enim se ob id tum designatum Imperatorem, quòd ipse desideraret Imperium, sed quòd ipsi Imperatorem. Plur. in Rom. apoph.

Cicero in Vatinius, qui paucis diebus consul fuit, ita jocus est: Vatinius anno magni ostentum fuit, quòd eo consule nec bruma, nec ver, nec æstas, nec autumnus fuisset. Nam his horis annus totus distinguitur, quarum unaquaque tres menses occupat. Nescio, an hoc ipsum sit, quod aliter refert Pollio in Marino tyranno, Consul qui sex meridians horis consul fuerat, joco Ciceronis asperus est: Consulem habuimus tam severum tanque censorium, ut in ejus magistratu nemo pransus sit, nemo cœnaverit, nemo dormierit; nisi forte videtur hoc ad Caninium Revilium pertinere. Macroh.

M. Voltacilius, cum audiret, Cajum Servilium per unum tantum diem consulem fuisse, in Flaminium præsentia dixisse fertur: Antea Flamines, nunc verò consules Diales creatos esse. Alludit autem ad Flamines Diales, à Romulo, vel ut alii volunt, à Numa Pompilio creatos, qui à gestatione filiorum Flamines dicti sunt. Flaminii autem Diali jurare non licebat, & injurato credebatur, &c. Macroh. lib. 2. Saturn. c. 2.

Aristoteles, cum quidam ei decretum Delphis honorem etipuisse, scribens de his ad Antipatrum, inquit, Ea que Delphis mihi decreto sunt assignata, quibusque nunc privatus sum, animum meum afficiunt: ut neque magnopere mihi cordi sint, neque tamen omnino non cordi sint. Sapientissimè autem putavit, non esse simile dignitatem aliquam suscipere, & cum jam acceptis, ea spoliari. Non enim grave est, non adipisci: at cum adeptus sis, rursum amittere, id satis quidem molestum est. Alian. lib. 14. de varia hist.

Antisthenes sciscitatus, que res portenderet civitatis exitium? Quando in his, inquit, nullum esse potest bonorum ac malorum discrimen. Sentiens, eam Rempublicam non posse consistere, ubi nec esset honos virtuti, nec præna scelerosis. Laert. lib. 6.

Theophrastus percontatus, quam re communis hominum societas conservari possit? respondit, Si præna mali coercerentur à Republica, boni inventurum honorem præmiis. Stob. serm. 41.

Anaximenes dicere solebat: Qui zelo affecti, rectè facta dictaque nullo neque præconio nec honore dignantur, quem oro, fructum ipsi ex suis beneficiis sperare audebunt? Stob. Fabio

A Fabio jam fene, filius illius consul factus est: qui quum publicis multis audientibus habuisset orationem, Fabius confensio equo procedebat. Quum autem juvenis lectorem misisset, qui patrem jubere equo descendere, alii quidem factum hoc averfari sunt, at Fabius ab equo desilens, non habita ætatis ratione, accurrit, ac filium complexus, Euge, inquit, fili, sapi, qui intelligas, quibus imperes, & quam magnum magistratum fulceperis. Plut. in apoph.

Titus Labienus Equiti strenuo de præda Gallica aurum donavit. Id videns Scipio, dixit equiti: Habebis domum viri divitis. Hac voce audita, eques aurum ad pedes Labieni abjecit. Idem quum audisset Scipionem dicentem, Imperator te armillis argenteis donat: alacer gaudio obiit. Miles aurum contempfit, honorem amplexus est. Erasmi. 6. apoph.

M. Cato ajebat, populum Romanum non tantum purpure, verum etiam virtuti plurimum conducere. Quemadmodum enim tinctores eum potissimum colorem inducunt, quo videntur homines maxime delectari: ita juvenis ad ea studia potissimum incumbit, quibus populus deest honores. Honos enim non solum alit artes, verum etiam virtutem. Hoc pacto

B monebat populum, ut magistratus his demum committeret, qui de se virtutis specimen dedissent: ita fieri, ut quamplurimi fide ad egregia studia conferrent. Erasmi. lib. 6. apoph. Idem. Qui virtutem honore fuo fraudantur, eos dicebat ipsam virtutem a juvenute auferre. Sententiis præmiis animos juvenum ad virtutem accendi: quæ si detrahas, ipsa virtus elanguescit. Plut. in apoph.

Socraticum Xenophontem in manibus semper habebat, cujus in primis laudabat illud, quod diceret: Eosdem labores non esse æquæ grandes Imperatori ac militi, quod ipse honos laborem leviorum faceret Imperatori. Cicer. lib. 3. Tuscul. quæst.

Cicero sibi propriè & solum honorem æstimari dicebat, quem quis neque majorum commendatione, neque per aliorum calamitatem assecutus sit. Cic. in Philippicis.

Agefilao quum nationes quæ id temporis Græciam incolabant, decrevisset, in clarissimis quibusque civitatibus honoris causa statuas erigi, rescriptis illis hunc in modum: Mei nulla sit imago, neque picta, neque ficta, neque ullo alio artificio parata. At principum vulgus hoc honoris genere se

C Diis equiparari crederet, summumque rerum bene gestarum præmium arbitrabatur. Agefilao ipso honesto contentus, negligebat ejusmodi adulationes, malens insculpi prudentiam ac bonorum hominum pectoribus, quam in foro æreus aut reusve stare. Eximiam virtutem sponte suam consequitur deus. Nec ulla speciosior statua, quam honorifica bene actæ vitæ memoria. Plut. in apoph. Lacon. Idem. Quum moraretur in portu qui Menelai dicitur, mandavit iis qui aderant, ne quam statuam aut imaginem in ejus honorem erigerent. Si quod, inquit, præclarum facinus gessi, hoc erit monumentum mei: si in minus, ne omnes quidem statuas, quum sint vilium ac nullius rei opificum opera. Plut. in Lacon. apoph.

Thrafi quoniam intelligebant Agefilao de ipsis optimè meriti, templis ac divinis honoribus illum dignari suntque hac de re legatos ad illum miserunt. Is ubi legisset honores, quos legati ad illum detulerant, percontatus est, num illorum patria potestatem haberet ex hominibus faciendi Deos: Quum illi respondissent, habere, Agedum, inquit, primum vos ipsos Deos facite: id si præstitueritis, tum vobis credam, quod me quoque Deum facere poteritis. Utrum hic prius admirari convenit: Animi celsitudinem, adeo contentis oblatum, ob quod Empedocles philosophus semet in Ætæam conjecit, quoque tot erudit principes tot artibus & impendiis ambierrunt: an ingenii solertiam, qua Thrafi vel summan stultitiam vel abjectam adulationem suam in oculos ingessit? Plut. in apoph. Lac.

Quidam quum in peregrinatione vidisset homines in sellis curulis sedentes: Abire, inquit, ut in talibus sedeam sellis, unde non liceat affurgere seniori. In his enim sedebant delicati potrectis curibus, ac cælum imminens capiti prohibebat exturgere. Apud Lacedæmonios verò scelus, juvenem non affurgisse feni. Plut. in Lac.

Theopompo Pili cum decreto statuisent summos honores, respondit, ac si peracutum cernas, sed offensus caligine in tenebris oberres. Anne fortassis innuere volebat illud Poetae, — Virtus sine censu languet ubique? Panorm. lib. 2.

Ludovicus XII. Gall. Rex. Vide Apoph. de Man. suædine. &c. Quam verò apud quosdam illud obtineat, Honores mutant mores, at rarò meliores, docet is quem subnectimus. Erat filius Car-

non essent, quum vestris armis veluti pennis sublever? Modestissime gloriosi cognominis laudem in suos milites transfrens, vitæ invidiam. Plut. in Reg. & Imp. apoph.

Alexander quum in bello crus ei esset fragita vulnertatum multique accurrerent, qui ipsum frequenter Deum appellare consueverant, exportata hiltarique fronte ad Homerum carmen alludens dixit: Hic sanguis est quem videtis, liquorque, qualis divus solet emanere beatis. Nimirum irridens adulationum vanitatem, cum ipsa res delectaret ipsum nihil aliud esse, quam hominem. Plut. in apoph. Reg. & Imp.

M. Varro Pauli collega, quoniam ex Canneris pugna, quæ Romanis fuerat infelicissima, superstit, honores a populo delatos reculavit, dicens, felicioribus magistratibus opus esse Reip. Quum animam gereret inculpatum, fortunæ suæ Reipubl. ultro pœnas dare voluit, vir ob hoc ipsum summis dignus honoribus. Erasmi. lib. 6. apoph. ex Plut.

Pompejus, quum in Libyam adversus Domitium tranfisset, eumque ingenti prælio superasset, militibus ipsum Imperatoris titulo consalutantibus, negavit se eum honorem admitturum, quamdiu hostium vallum stare erectum. Hoc audito, milites, licet ingens obfaret pluvia, impetu facto, hostium castra adorti expugnaverunt. Reculavit honorem, nondum factis emeritum. Plut. in apoph.

Julius Cæsar populo per adulationem Regem ipsum salutanti: Cæsar, inquit, sum, non rex. Maluit privatum nomen, quam regium invidiæ obnoxium. Erasmi. lib. 4. apoph. Plut. in vita Cæsaris.

M. Antonium quum Rhodum insulam vi cepisset, & in ingressu salutare rex atque dominus: Non rex sum, inquit, nec dominus, sed regis ac domini interfectior. Plut. in Antioch.

Tiberius cuidam, a quo fuerat domus appellatus, denuntiavit, ne se amplius contumelias causa nominaret. Quanta modestia in tanto principe? Nunc quidam nihil audire possunt, nisi sacras majestates, gratiosas celsitudines, & reverentissimas dominationes. Plut. in apoph.

Maximus Senior Cæsar, nunquam ad oscula pedum quenquam admittit, dicens: Diu prohibeant, ut quilibet ingnorum pedibus meis oscula figat. Capitolin.

Alexander Severus, Imperator creatus, quum vix 16. ann natus esset, ob virtutes eximias titulus magnificus ei senatu decoratus, nunquam in animum induxit, ut se Magnum, & Patrem patriæ cognominari pateretur: Oportet enim, ajebat, ut res geste maturiorque ætas ea nomina pararent. Lamprid. & Fulgof. lib. 4.

CHRISTIANORUM.

Ex Inebriationibus Laur. Beyer. in Apoph. thezmat. Christianis. Tit. Honor.

Virtutem velut umbra sequitur Honor: cujus proinde appetitus, si moderations fines non tranfilit, reprehensione caret. Habuisse eum quemdam Abbatem de Baigne, meminit Corrozanus in suis Memorab. a quo cum Ludovic. IX. peteret, Abbatia cederet; subtiliter & modestè, Quadraginta, inquit, annis vacavi, ut priores alphabeti litteras A B addidicem: at jam totidem requiro, ut subqueque C D edidicem. Significabat autem, se demum post annum suæ professionis quadragimum in Abbatem electum, & velle annis totidem eodem munere perfungi, priusquam cederet.

Esse autem unicam ad Honores viam, Virtutem, hoc modo declarabat Alphonsus Rex Arag. Saudent enim sibi cuidam familiari, tranquille dum posset & securè vivere, neque se tot tantique periculis objectaret, respondisse fertur: Non temerè ab Romanis, & is quidem sapientibus, Honoris templo Virtutis sanum conjunctum est: ut in id nemini, nisi per illud, transitus pateret. Non itaque per voluptatem & otium;

— sed semita cæcè Tranquille per virtutem paset unica vite. Panorm. lib. 1. de Gest. ejusd.

Idem interrogatus, quid honor esset fine utilitate: Perinde, respondit, ac si peracutum cernas, sed offensus caligine in tenebris oberres. Anne fortassis innuere volebat illud Poetae, — Virtus sine censu languet ubique? Panorm. lib. 2.

Ludovicus XII. Gall. Rex. Vide Apoph. thez. de Man. suædine. &c.

Quam verò apud quosdam illud obtineat, Honores mutant mores, at rarò meliores, docet is quem subnectimus. Erat filius Car-

A Carbonarii, homo humili loco natus, qui populi sui suffragiis in Regem deliquit: quo audito, pater occurrit letus, natumque splendore regio conspicuas, cum se ab illo non videri existimaret; An, ait, me cognoscis filii cui ille, Quid, inquit, pater, ego meipsum non cognosco, & quomodo te agnoscam? Goscal. Sermon. 17. Parr. effrudis, litt. C.

Aliud insuper adjectum. Dum electus esset in Archiepiscop. Tololanum Franciscus Simezes, amicum, quem summum habebat, feliciter suorum successum nuntiavit. Cui ille: De successu, fisturum, qui tibi ex animo evenit, gaudeo plurimum, & simul non parum doleo, me amicum non amisisse: respiciebat namque ad vulgatum illud, Honores mutant mores. Hinc laudatur illud Poetae:

Nature celas vitia, es dum pasper: at illa Imperium nactus conspicienda dabis.

Floresta.

APOPHTHEGMATA ET EXEMPLA CHRISTIANORUM.

Qui honorem collatum respuerunt. Ex eodem.

B Claro illucese Sole, minor umbra corpori comes: ita, quò plures quibusdam virtutum taditi, eò minore honorum umbram sibi comitem desiderant, in solum virtutum omnium largiorem Deum, quidquid est honoris & gloriæ, referent. Præfatorum Cornelius vir iustus B. Petrum ad se accersitum, eique obvius factus, ad pedes processit & adoravit. At Petrus eò se honore reputans indignum, eoque manu elevans, dixit: Surge, & ipse homo lum. Act. c. 10.

Hunc etiam honoris titulum contempnit in Episcopo Hiberniæ S. Malacta habemus, qui vocatus & compulsus ad onus Archiepiscopale, omnibus, quibus potuit modis, renuit. Anathema verò, ni pareat, minitantibus: tandem acceptavit, dicens, Ad mortem me ductis, sed obediōse martyrii. O virum insignem! nec honorem affectantem, neque mortem pro Christo formidantem. Svr. tom. 6. in vita.

Et quid verè papperum & humilitatis pater Franciscus? Rogatus a domino Holfenii (qui ordinis ejusdem protector, ac postmodum sub nomine Greg. IX. Pontificatum administravit) utrum suos fratres etiam ad Ecclesiasticas dignitates veller promoveri: dignam Francicum vocem respondit: Minores idè vocati sunt fratres mei, ne majores fieri præsumant. Svr. tom. 5. in vita.

S. Antonius Eremita frequentibus literis a Constantino Imperatore vocatus, venire reculavit, ne majori honorum pondere gravaretur: dicebat autem: Si quidem ad Imperatorem venero, Antonius ero: si in minus, Abbas Antonius. Næph. Callist. lib. 8. Eccl. hist. c. 40.

Memorabilis etiam Francisci Borgiæ de Soc. Jesu contra omnes honorum insulatus constantia: abdicato quippe illustri Ducatu, mandique pompa pro nihilo habita, sæpius oblatum Cardinalatus honorem reculavit: dicebat autem: Deum precatus sum, ut mihi a vita prius abire liceat, quam titulis iterum bonique oneraretur invitus. Erat tamen ille, cujus, si ulius alterius, virtuti meritissimus debebat honor. Quam benè & verè Boet.

Quid dignum solidis mentibus imprecer? Opes, honores, ambiant, Vt cum falsa gravi mole paraverint, Tum vera cognoscant bona.

D Ribaden. in vita, lib. 2. c. 3. Venerant ad visendum eum officii causa Dynastæ, cumque speciosis nimium titulis uterentur, tædio affectus, rogabat, titulis temperarent; Ne, inquiens, Deo exprobrasse videamini, quòd in me eximium vocationis beneficium contulerit, neve plurius facere videar, quæ abjeci, quam quæ assumpsi. Idem c. 8. lib. 2.

Ulyssiponan ingressum, Joann. III. Rex misit, qui salutaret. Hic cum, festinè de via esset, interrogaret; & (Domini) nomen iterum atque iterum repeteret: Franciscus lepidè respondit: Petrus quidem sum de via: sed magis (Domini) qua me oneras potius, quam honoras, appellatione. Idem lib. 4. c. 1. Claudat hunc ordinem Benivolus quæstor. Vocabat eum Justina Valentiniæ mater, religioe Ariana, & mandabat legem contra Catholicos promulgaret, id reculantem majoribus cingulis involvit. Ille verò se discingens, baltheum ante pedes Argulte projecit, dixitque: Neque hunc honorem, neque majorem exopto pro impietatis mercede. Tripart. hist. lib. 9. c. 20. Constatinus Magnus: Vide Tit. de laude contempta.

Consulatur de hoc argumento etiam Titulus de Gloria. E

Vbi multa de contemptu gloriæ, honoris, laudis, &c.

Et quis Godofredum Bullionem Hierosolymorum Regem pro merito laudaverit? Erant ejus consilio & armis expugnatæ Solymæ: unde Christiani principes, suis humeris subvectum, uno ore Regem proclamantur. Hic verò regni titulum rogatus non abnuit, auream autem coronam suo capiti superimponi omnino noluit, dicens: Indignum est, aureo illic diademate hominem uti, ubi Rex regum Christus pro hominum salute pineam portavit. Platina in vita Paschalis II. Pont.

Neque in Carolo Martello Brab. Duce ulla incrementum habuit regni titulusque libido. Nam cum in Regem Franciæ post mortem Chilperici peteretur, renuit, inquiens: Imperare Regibus, quam Rex esse malo. Unde hoc ejus tumulo Epitaphium ascriptum:

Ille Brabantinus Dux primus in orbe triumphat, Mallens in mundo specialis Christicolarum, Dux Dominisque Ducum, Regum quoque Rex fore spreuit, Non vult regnare, sed Regibus imperitare. Barland. in Duc. Brabant. pag. 16.

Est hic etiam illustris Carolus Magnus, ut qui delectis Saxonibus, & finitimis populis debellatis, cum admodum venerent, ne tandem Imperator factus, se de illis totaque gente vinodicaret, ad eum prostrati veniunt, seque obsequio suo libentes devovent: quibus ille in brachia acceptis: Nolo, inquit, vos mihi servire, sed Deo. Vera Christiani Principis vox. Sab. Munst. lib. 9. Cosmog. c. 19.

Non minoris animi Venceslaus Bohemiæ Rex. Rudolpho Austrio vita functo, illi Romanum deserebatur Imperium, sed qua virtute promeruit, eadem modestia reculavit, asserens: Satis superque mihi laboris est, paternam ditionem aquis legibus gubernare: extremis libens abstineo, eique me dignioribus cedo. Munst. de German. lib. 3. c. 499.

Jovianianus Imp. Require, Imperium ejusque administrationis.

Non parum etiam laudis meruit est Franciscus Sfortia, Dux Mediolani cum Mediolanensium & totius penè Lombardiæ parte imperio, urbem Mediolanum esset inurus: præparatum enim sibi cum triumphali honore auratum currum conscendere decreverat, dicens: Ejusmodi ornamenta Imperatoris majestati debentur. Quo facto, victoria illa, quæ rara erat: & G hostes, & insolentis animi affectus, qui plerumque victoriam comitantur, superavit. Fulgof. lib. 2.

* HIEROGLIPHICA.

Sciendum, haste gestamen haudquaquam inter vulgares honores habitum, tantæque apud veteres venerationis fuisse, ut loco diadematis, pro insigni regio haberetur. Pier. Valer. lib. 42.

Clypeis, quibus nomen incidit, descriptive facta pulchra moris fuit: (unde qui nihil adhuc strenuè in bello gessissent, alba utebantur parma; de quo Virgil. Palmæque inglorius alba) donabantur ab Imperatoribus honoris ergo Milites, atque etiam Di: quare sæpius apud Livium legas, argentea Clypea templis illata, ac Diis dicata. Pier. Val. lib. 42.

Vide etiam titulum Gloria. Item Dignitas, Fama, Laus.

* Hora.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

H Ora usitatè & communiter accipitur pro vigesima quarta parte diei naturalis: hæc lxx. Interp. variis locis Scripturæ, verum videntur accipere pro tempore vel momento, si ve eo tempore quo oculum ad intendum aperimus. Alioquin etiam pro parte Anni usurpatur: sic ut Ver, Æstas, Autumnus, Hyems, quatuor horæ appellentur Anni apud varios. At prior significatio notissima. Veteres Solem 360, five Horum dicebant. Ex quo ait Macrobius lib. 1. Saturn. c. 21. Ex eo horæ xxiv. quibus dies noxque conficiuntur, nomen accepterunt.

HORARUM USUS. QUANDO COEPERIT. Horarum distinctionem five dimensionem veteribus nec usitatam, imò nec cognitam fuisse, constat. Ut ejus rei nec Aristoteles, nec Plato, nec quilibet æqualium temporum meminerunt. Unde mirum non est, vocem 360 in hac notatione non reperiri: neque illius mentionem fecit Pollux, dum libro primo voces recenset, quibus diei noctisque partes significatur.

Hesj.